



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

Ad Vxorem Libri duo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI AD VXOREM,
PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **T**ERTVLLIANVS iamdudum Presbyter, ad Uxorem pari inter se conseruata continentia ergo à se separatam, humanæ conditionis memor, si forte (persecutione nempe Ecclesiæ adhuc durate) de seculo prior euocaretur, admonitione hoc fideicommissum (fortassis Romæ) conscripsit, quo ut post excessum suam nuptiis renuntiet, adhortatur.
- II. Non abnuens cōiunctionem viri & feminae benedictam & permissam à Domino, (sua quidem sententia, verum erronea) vnā tantum.
- III. Et quantumuis nuptias prohiberi nusquam legamus (quod inter cetera peruersitatū suarum volebat Marcion) tamen abstinentiam præferri ab Apostolo, & felicem illū, qui Pauli similis exsiterit.
- III. Disiunctis enim matrimonio duas quidē species humanæ imbecillitatis necessarias nuptias facere, concupiscentiā carnis, & concupiscentiā seculi; sed utramque repudiandā à seruis Dei exemplo earum quæ malunt Deo nubere, & in viduitate apud Deū subsignata perseverant.
- V. Deinde penes Christianos etiam odiosas esse causas nuptiarū de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate; quos quū habemus, præmittere optamus ad Dominum.
- VI. Quod si difficile videatur, recenseri tot volūtarios spadones, qui statim à lauacro carnis suam obsequant, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, Gētiles etiam Satana suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferre.
- VII. Nobis autem continentiam à Domino demonstratam, cuius voluntate defungitur matrimonium; maximè quum disciplina Ecclesiæ & præscriptum Apostoli digamos non sine præsidere, & viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniuiram, non concedat.
- VIII. Viduarum denique honoribus, quibus Deus benedicit, moueatur: nam licet in virginitate tota sit sanctitas, de proximo visura faciem Dei, viduā habere aliquid operosius; in illa gratiam, in istis virtutem coronari.
- Ceterum præterquàm quòd multa huius libri ad verbum serè descripserit, nō minus continentia fauens, B. Hieronymus locis infra citatis; Tertulliano iam olim adscripserunt, & MS. viderunt Trithemius & Politianus vbi supra. Editus est etiam inter primos ex B. terniacensi ac Hirsfaugiensi, deinde ex Gorziensi codicibus à Rhenano, primum scholasticus, & Adnotationibus illustratus. Nunc verò à nobis denuò castigatus ex tribus MSS. ticanis, & aliquot Adnotationibus auctior.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI AD VXOREM LIBER
PRIMVS, DE VNIS NVPTIIS.

CAP. I.



DIGNVM² duxi, dilectissima mihi in Domino conserua, quid tibi cōstatandum sit post discessum de seculo meum, si prior te fuero vocatus. Nam iam hinc prouidere, vt prouisum obserues mandare fidei tuæ. Nam secularibus satisfagentes sumus, & vtrique nostrum consultum volumus. Si talibus ordinamus, cur non magis de diuinis atque celestibus posteritati nostræ prospicere debeamus, & legatum quoddammodo prælegare, admonitionem & demonstrationem eorum, quæ ex hereditate immortalibus, & de hereditate cœlorum deputantur? Tu modò vt solidum capere possis.

A possis hoc meae admonitionis ⁶ fideicommissum, Deus faciat, ⁷ cui sit honor, gloria, *Apoal. 5.*
 claritas, dignitas, potestas nunc & in secula seculorum, Amen. Præcipio igitur tibi, *7.*
 quanta continentia potes, ⁸ post excessum nostrum ⁹ renuncies nuptiis, nihil mihi isto
 nomine collatura, nisi quod tibi proderis. Ceterum Christianis seculo digressis nulla re-
 stitutio nuptiarum in diem resurrectionis repromittitur, ¹⁰ translatis scilicet in angelicam *Matth. 22.*
 qualitatem & sanctitatem. Proinde sollicitudo nulla quæ de carnis zelo. Vel Domini sen-
 tentia, illa quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, neminem tot mar-
 ritorum resurrectionis die offendet, nec quisquam ¹¹ illam confusus expectat. Qua-
 sitio Sadduceorum cessit sententiæ Domini. Ne me putes propter carnis tuæ integri-
 tatem mihi referendam, de contumeliæ dolore suspectum insinuare iam hinc tibi consi-
 lium viduitatis: nihil tunc inter nos dedecoris voluptuosi resumetur. Nec enim tam fri-
 uola, tam spurca Deus suis pollicetur. Sed an tibi vel cuiunque alij fœminæ ad Deum
 pertinenti proficiat quod suademus, licet retractare. [¹² Non quidem abnuimus con-
 iunctionem viri ac fœminæ benedictam à Domino, vt sciremus generi humano, & re-
 plendo orbi, & instruendo seculo, excogitatum, atque exinde permissam, vnam tamen. *Cap. II.*
 Nam & Adam vnus Eux maritus, & Eua vna vxor illius, vna mulier, vna costa. Sanè ap-
 ud veteres nostros, ipsosque Patriarchas, non modò nubere, sed ¹³ etiam plurifariam ma-
 trimonijs vti fas fuit. ¹⁴ Erant & concubinæ. Sed licet figura tum in Synagoga & Ec-
 clesiam cesserit, vt tamen simpliciter interpretemur, necessarium fuit instituere, quæ po-
 stea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat. Oportebat leg-
 is adimplendæ causas præcurrisse. Eidem mox legi succurrere habebat Dei sermo,
 circumcisionem inducens spiritalem. Igitur per licentiam tunc passiuam, materiæ subse-
 quentium emendationum præministrabantur, quas Dominus Euangelio suo, dehinc
 Apostolus in extremitatibus seculi aut excidit redundantes, aut composuit inconditas. *Gen. 16.*
 [¹⁵ Sed non ideò præmiserim de libertate vetustatis, & posteritatis castigatione, vt præ- *Gen. 30.*
 struam Christum separadis matrimonijs & delendis coniunctionibus aduenisse, quasi iam
 hinc finem nubendi præscripta viderint, ¹⁶ qui inter cetera peruersitatum suarum disun-
 gere do cent carnè de duobus vnam, negantes eum qui fœminâ de masculo mutuatus, duo
 corpora ex eiusdem materiæ consortio sumpta, rursus in se matrimonij cõpactione cõpe-
 git. Denique prohiberi nuptias nusquam omninò legimus, vt bonum scilicet. Quid tamen
 bono isto melius sit, accipimus ab Apostolo, permittente quidem nubere, sed abstinẽtiam *1. Cor. 7.*
 præferente: illud propter insidias têtationum, hoc propter angustias temporũ. Qua ratio-
 ne vtriusque pronunciationis inspecta, facillè dinoscitur necessitate nobis cõcessam esse nu-
 bendi potestatem. quod autem necessitas præstat, deprecatur ipsa. Quod denique scriptũ est,
 Melius est nubere quàm vri: quale hoc bonũ est, oro te, quod mali comparatio cõmendat.
 videdò melius sit nubere, quia deterius est vri. At enim quanto melius est neque nubere,
 neque vri? ¹⁷ Sed etiã in persecucionibus melius est ex permissu fugere de oppido in oppi-
 dum, quàm cõpressum & distortũ negare. at quæ ista beatitas est, ideò ne qui neget, beati-
 tudinis testimonij confessione excidere? Possum dicere, quod permittitur, nõ est bonũ. Quid enim
 necesse est mori mihi? si ploro, bonũ est: si timeo. Quod permittitur, suspectam habet per-
 missionis suæ causam: quod autem melius est, nemo permisit, vt indubitatum & sua sincer-
 itate manifestum. Non propterea appetenda sunt quædam, quia non vetantur; etsi quo-
 dammodò vetantur, cum alia illis præferuntur. Prælatio enim superior ¹⁸ dissuasio est infi-
 morum. Non ideò quid bonũ est, quia malum non est: ideò malum non est, quia nõ obest.
 Porro planè bonum hoc antecedit, quod non modò nõ obest, sed insuper prodest. Itaque
 malle debes quod prodest, quàm quod non obest. Ad primum enim locum certamen
 omne contendit: secundus solatium habet, victoriam non habet. Quod si Apostolo au- *Philip. 3.*
 scultamus, obliui posteriorum, extendamur in priora, & ¹⁹ meliorum donationum secta- *1. Cor. 12.*
 tores simus. Si nobis laqueum non imponit, quid utilitatis sit ostendit, dicens: Innupta de *1. Cor. 7.*
 dominicis cogitat, vt corpore & spiritu sancta sit. Nupta verò sollicita est quomodo con- *Ibidem.*
 iugi suo placeat. Ceterum nusquam ita nuptias permittit, vt non potius ad suum exem- *Vbi supra.*
 plum nos eniti malit. ²⁰ Fœlicè illum, qui Pauli similis extiterit. [²¹ Sed carnem legimus *Cap. III.*
 infirmam, & hinc nobis adulamur impensius. ²² Legimus tamen & spiritum firmum. Nam
 in vno sensu vtrunque positum est. Caro terrena materia est, spiritus verò cœlestis. Cur *Matth. 26.*
 ergo ad excusationem proniores, quæ in nobis infirma sunt, opponimus: quæ verò for-
 tiora, non tuemur? Cur cœlestibus terrena non cedant? Si spiritus carne fortior, quia
 E e ij

TULLIANUS
 in notati onibus
 MELI
 A. V.
 36.

- & generosior, nostra culpa infirmiora sectamur. Nam disjunctis matrimonio, duæ species humana imbecillitatis necessarias nuptias faciunt. Prima quidem potentissima, quæ venit de concupiscentia carnis: Sequens, de concupiscentia seculi. Sed utraque repudianda est à seruis Dei, qui & luxuriæ & ambitioni renunciamus. Carnis concupiscentia²³ ætatis officia defendit, decoris messem requirit, gaudet de contumelia sua: dicit virum necessarium sexui, ut auctoritatis & solatij causa, vel ut à malis rumoribus tuta sit. Et tu aduersus consilia hæc eius, adhibe²⁴ sororum nostrarum exempla, quarum nomina penes Dominum, quæ nulla formæ vel ætatis occasione pressæ, maritis sanctitatem anteponunt: melunt enim Deo nubere. Deo speciosæ, Deo sunt puellæ: cum illo viuunt, cum illo sermocerantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes suas velut dotes, Domino adsignant: ab eodem dignationem velut munera maritalia quotiescunque desiderant, consequuntur. Sic æternum sibi bonum Domini occupauerunt, ac iam in terris non nubendo.
- Matth. 22.* de familia angelica deputantur. Talium exemplis foeminarum ad æmulationem te contentiæ exercens, spiritali affectione carnalem illam concupiscentiam humabis, temporalia & volatica desideria formæ, vel ætatis inimicantium bonorum, compensans desideria. Ceterum secularis concupiscentia causas habet, gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam, per quas necessitatem nubendi subornat: Videlicet celestia repromittit dominari in aliena familia, in alienis opibus incubere, cultum de alieno extorquere sumptu, quem non sentias cedere in te. Hæc procul à Fidelibus, quibus nulla cura toleranda vitæ, nisi si diffidimus de promissis Dei, & cura, & prouidentia: qui lilia agrestia velut volatilia cœli nullo ipsorum labore pascit, qui²⁷ prohibet de crastino, victique curam, respondens scire se quid cuique seruorum suorum opus sit: non quidem monilium pondera, non vestium tædia,²⁸ non Gallicos vultus, nec²⁹ Germanicos baiulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt, sed sufficientiam, quæ modestiæ & pudicitæ apta est. Præsume, quæ te, nihil tibi opus esse, si Domino appareas: imò omnia habere, si habeas Dominum: cuius omnia cœlestia recogita, & terrena despicias. Nihil viduitati apud Deum subiegnatum necessarium est quàm perseuerare. [³⁰ Adiciunt quidem sibi homines causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate. Sed id quoque pensum odiosum est. Nam quid gestamus liberos ferere, quos cum habemus, præmittere opus, respectu scilicet imminentium angustiarum, cupidi & ipsi iniquissimo isto seculo commi, & recipi ad Dominum: quod etiam Apostolo votum fuit. Nimirum necessaria sobria seruo Dei. Satis enim desunt nostra: securi sumus ut liberis vacemus: querenda nobis opera sunt, quæ etiam à Gentilium prophanis vitantur, quæ legibus locantur, quæ panibus diis expugnantur: nobis quidem plurimum importuna, quantum fidei periculosa. Certe nim Dominus, Væ prægnantibus & nutricantibus, cecinit, nisi quia filiorum impedita testatur, in illa³² die expeditionis incommodum futura: utique nuptias imputaturus. Tu autem ad viduas non pertinebit: ad primam angeli tubam expedite proficient. Quamquam que pressuram persecutionemque liberè perferent: nulla in vtero, nulla in vberibus, nulla te sarcina nuptiarum. Igitur siue carnis, siue seculi, siue posteritatis gratia nuberet, nulla istis necessitatibus Dei seruis, ut non satis habeam semel alicui earum succubuisse, & in matrimonio omnem concupiscentiam huiusmodi expiasse. Nubamus quotidie, & nubescentes à dje illo deprehendamus, ut Sodoma & Gomorra. Nam illic non vitæ nuptias & mercimonia solummodò agebant: sed³³ cum dicit, Nubebant & emebant: digniora ipsa carnis & seculi vitia desinit, quæ à diuinis disciplinis plurimum auocent: alterum per lasciuendi voluptatem, alterum per acquirendi volutatem. ³⁴ Etenim illa caritas longè à finibus seculi habebatur. Quid ergo fiet, si quæ olim detestabilia penes Dominum, ab his nos nunc arceat? Tempus, inquit, in collecto est, superest, debent quod habent, quâto magis non habentes prohibentur repetere quod non habent, ut cuius maritus de rebus abiit, exinde quietem sexui suo nubendi abstinentia iniungatur quam pleræque Gentilium foeminarum³⁶ memoria charissimorum maritorum parca. Cùm quid difficile videtur, difficiliora alios obeuntes recenseamus. ³⁷ Quot enim qui statim à lauacro carnem suam obsignant: ³⁸ Quot item qui consensu pari inter se matrimonio debitum tollunt? Voluntariis spadonibus pro cupiditate cœlesti³⁹ saluo matrimonio abstinentia toleratur, quanto magis adempto? Credo enim difficilior saluum deo qui, quàm amissum non desiderari. Durum planè & arduum fatis, continentia sancta

Amina post viri excessum, Dei causa, cum Gentiles Satanae suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferant? ⁴⁰ Romae quidem quae ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspicia poenae suae cum ipso dracone curantes, de virginitate censentur. ⁴¹ A Chae Lunoni apud Aegium oppidum virgo fortitur: & ⁴² quae Delphis insanunt, nubere nesciunt. ⁴³ Ceterum viduas Africanae Cereri assistere scimus, durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in aeternum viris non modo thoro decedunt, sed & alias eis vtique ridentibus loco suo insnuant, adempto omni contactu vsque ad osculum filiorum: & tamen durante vsu perseverant in tali viduitatis disciplina, quae pietatis etiam sanctae solatia excludit. Haec diabolus praecipit, & auditur: prouocat nimirum Dei seruos continentia suorum, quasi ex aequo. O continentiam gehennae sacerdotem. Nam inuenit quomodo homines etiam boni sectationibus perderet: & nihil apud eum refert, alios luxuria, alios continentia occidere. [⁴⁴ Nobis continentia ad instrumentum aeternitatis demonstrata est a Domino salutis Deo, ad testimonium fidei, ad commendationem carnis istius exhibendae superuenturo indumento incorruptibilitatis, ad sustinendam nouissimam voluntatem Dei. Super haec enim recogites moneo, neminem, nisi ex Dei voluntate de seculo duci, si nec folium quidem ex arbore sine Dei voluntate dilabitur. Idem qui nos mundo infert, idem & educat necesse est. Igitur defuncto per Dei voluntatem, etiam matrimonium Dei voluntate defungitur. Quid tu restaures, cui finem Deus posuit? Quid libertatem collatam tibi, iterata matrimonij seruitute fastidis? Obligatus es, inquit, matrimonio, ne quaeris absolutionem. Absolutus es matrimonio, ne quaeris obligationem. ⁴⁵ Nam etsi non delinquas renubendo, carnis tamen pressuram subsequi dicit. Quare facultatem continentiae, quantum possumus, non diligamus? quam primum obuenerit, imbibamus: vt quod in matrimonio non valemus, in viduitate sectemur. Amplectenda occasio est, quae ademit quod necessitas imperabat. Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiae secundae, disciplina Ecclesiae & praescriptio Apostoli declarat, ⁴⁶ cum digamos non finit praesidere, ⁴⁷ cum viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniuiram, non coeedit: aram enim Dei mundam proponi oportet. Tota illa Ecclesia, candida de sanctitate describitur. Sacerdotium viduitatis, & celebratum est apud Nationes pro diaboli scilicet aemulatione. ⁴⁸ Regem seculi Pontificem Maximum rursus nubere, nefas est. Quantum Deo sanctitas placet, cum illam etiam inimicus adfectat: non vtique vt ⁴⁹ alicuius boni adfinis, sed vt Dei domini placita cum contumelia adfectans? [⁵⁰ Nam de viduitatum honoribus apud Dominum vno dicto eius per Prophetam expeditum: ⁵¹ Iuste facite viduae & pupillo, & venite disputemus, dicit Dominus. Duo ista nomina in quantum despectui humano, intantum diuinae misericordiae exposita, suscepti tueri. Pater omnium vide quam ex aequo habetur, qui viduae benedixerit. Quanti est vidua ipsa, ⁵² cuius adsertor Dominus disputabit? Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas solida & tota sanctitas de proximo visara sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosus: quia facile est non appetere quod nescias, & auerteri quod desideraueris nunquam. Gloriosior continentia quae ius suum sentit: quae quid viderit, nouit. ⁵³ Poterit virgo foeliciores haberi, at vidua laboriosior. Illa quod bonum semper habuit, ista quod bonum sibi inuenit. In illa gratia, in ista virtus ⁵⁴ coronatur. Quaedam enim sunt diuinae liberalitatis, quaedam nostrae operationis. Quae a Domino indulgetur, sua gratia gubernantur: quae ab homine captantur, studio perpetrantur. Stude igitur ad virtutem continentiae, modestiae, quae pudori procurat: sedulitati, quae nugas non facit: frugalitati, quae seculum spernit. ⁵⁵ Conuictum atque commercia Deo digna sectare, memor illius vericuli, sanctificati per Apostolum:

⁵⁶ Bonos corrumpunt mores congressus mali.

Loquaces, otiosae, vinosae, curiosae contubernales, vel maxime proposito viduitatis officium. Per loquacitatem in reputant verba pudoris inimica: per ⁵⁷ otium se veritate deducunt: per vinolentiam quiduis mali insnuat: per curiositatis aemulationem libidines conuehant. Nulla huiusmodi seminarum de bono vniuiratus loqui nouit: Deus enim illis (vt ait Apostolus) venter est, ita & quae ventri propinqua. Haec tibi iam hinc commendo, conferua charissima, post Apostolum quidem ex abundanti retractata, sed tibi etiam solatio futura, quod meam memoriam, si ita euenerit, in illis frequentabis.

Ec iij

C A P. VII.

1. Cor. 7.

1. Timot. 2.

1. Timot. 5.

C A P. VIII.

1. Cor. 15.

ULLIAN
metati snibus
MELI,
V.
36.

1. AD VXOREM.] Locus hic requirebat tractatum de coniugio sacerdotum, eo quod Tertullianus, quum Presbyter esset, ad vxorem hunc & sequentem librum scripsit: verum differre maluimus ad lib. de Exhort. ad castitatem, Tom. 5. eo quod non hunc, sed illum librum pro se (quamquam peperam) allegent Magdemburgenses. Hoc hic sufficit adserere, quod etsi multi coniugati in ordinem Presbyterorum adlegerentur, numquam tamen, ne apud Grecos quidem, iam Presbytero permissum fuisse vxorem ducere; immo disertis verbis interdictum Canone Apost. 27. Eodem pertinent que supra lib. de Cultu famularum cap. 9. num. 51. de continentia Clericorum adnotauimus.

CAP. I.

2. Dignum duxi, dilectiss. mihi in Domino conferua, &c.] Caput hoc primum non aliud est quam libri totius Argumentum, quippe quo suadet, vt post excessum suum renuntiet nuptiis: at que adeo recte etiam inscribi posset liber hic, De Monogamia ad Vxorē. Aliquanto autem agit hic modestius quam in posterioribus libris de Castitate & Monogamia, Tom. 5. verum tamen omnino ab errore excusari non potest. Et forsasus si coniectura aliquis sit locus, hic liber in causa fuit, non scis atque B. Hieronymo simile scriptum quoddam, cur Roma Tertulliano discendum fuerit, quod errorem hunc mordicus velle defendere. Verum de eo latius tum dictis libris duobus, tum in Prolegomenis inter errores Tertulliani. Atqui & Trithemius & Paterniacensis ac Hirsaugiensis codices hoc huius libri initium collocarunt: Dilectiss. in Domino conferua, &c. Verum ex Gorziensi codice supplendi quod deerat: Dignum duxi.

3. Nam secularibus satifagētes sumus.] Hoc est (vti adnotat Rhen.) in secularibus negotiis anxie et curiosi sumus. Satisfagentes, pro: satagentes, quo verbo etiam alibi vtitur, imitatione Iureconsultorum, qui dicunt satis accipere, & satis prestare, & satis dare. Simili phrasi mox dixit: Si talibus ordinamus, id est (inquit idē) de tam lenibus & friuolis rebus ordinamus.

4. & legatum quodamodō praelegare.] Praelegare (inquit idē) pro prius legare, dum videlicet adhuc sumus in vita. Iureconsultorum verbis vtitur, agens de hereditate que morte relinquitur. Qui recte etiam adnotauit Appositū legi debere: admonitionem; nam sequitur: hoc me admonitionis fideicommissum.

5. vt solidū capere possis.] Aliud (inquit Rhenan.) ad hereditatis diuisionem in partes duodecim. Siquidem cui ex asse contingebat hereditas, is solidam capiebat hereditatem, hoc est totam & integram, nec vlla sui parte diminutam. At inter hereditas & captatores quidam etiam dextante, hoc est decima parte, nonnulli deinceps, hoc est undecima parte hereditatis, cogebantur esse contenti. Similiter dixit Tom. 5. lib. de Monogamia sub finem: ex testamento Dei solidum nō posse capere.

6. Fideicommissum.] Fideicommissum (inquit idē) Iureconsulti vocant, vltima voluntatis executione, que per verba deprecatoria amico inungatur, qualia sunt, Peto, cupio, rogo, & similia. A fide heredis cui committitur, nomen habet. Vnde fideicommissarij dicti. Hereditas fideicommissaria etiam fiduciaria appellatur Plpiano. De discrimine fideicommissorum & legatorum, proluxa apud Iureconsultos disputatio. Libros

certe tres videre est in Digestis seu Pandectis Institutionum 30. 31. & 32. Titulo de legatis & fideicommissis, ad quos in Paratitulis adnotauit Cuiacius hanc vtriusque differentiam: Quod Legatum donatio sit testamenti heredi mandata, fideicommissum vero liberalitas, que vobis precariis, vel alio quocunque iudicio voluntatis precarie, in aliquem confertur etiam ex intestato.

7. cui sit honor, gloria, &c.] Rursum hic more, ut ex duobus locis Apocalypsis 5. & 7. simul desumptis, in priori loco legitur: honor, gloria, potestas; posteriori claritas & virtus, pro quorum postremo hic legitur: dignitas; nam & magistratum vox Græca δὴναι significat. Addit etiam aliud: nunc, forsasus ex Epiphanius Iudæa, qui subdit; nunc, & in secula seculorum.

8. post excessum nostrum.] Excessum recte interpretatur, Sicut enim & infra cap. 1. post viri excessum; & lib. adu. Valentin. Tom. 5. post excessum omnino non nubitur. Quis loca adnotauit, etiam Suetonium sic loqui solitum. Adde & 2. priarium epist. 4. ac 31. & lib. ad Demetr.

9. renunties nuptiis.] Sesonius Pedasus (inquit Rhenan.) docet renuntiationem esse relictionem rei, que in placito & promissione venerat. Sic dixit Tertullianum renuntiare Cicero. Hinc illud nostrum: Renuntiamus diabolo & pompæ eius. Et illud ipsius Tertulliani infra cap. 5. lib. de Coron. milit. contestamur nos renuntiare diabolo & pompæ & angelis eius. de quo etiam latius infra Tom. sequ. lib. de Baptismo. sic & infra cap. 4. quia & luxuria & ambitioni renuntiamus.

10. translatis scilicet in angelicā qualitate.] Ita (inquit Rhenan.) & lib. de Habitibus mulierum. Non & vobis eadē tunc substantia angelica reponitur. Respicit locum qui est Matth. 22. cap. Integer locus habet. In resurrectione autem neque nubunt neque nubent, pro quo dixit: nulla restituitur nuptiarum in diuina resurrectionis reponitur, sed erunt sicut angelus Dei; quo pertinet quod premissum est. Oratio finem questionis Sadduceorum proponit, quum dicitur: septem fratribus per successione nuptialis viderunt, eamquam de fide eorum dubitanti.

11. illam confuturus.] De simili phrasi habet. adnot. nostras in B. Cyprian. Epist. 63. n. 47. ubi vtitur illud Marci 8. Qui me confusus fuerit, confundetur eum, &c. Porro de errore Tertulliani, quo digressus est hic confutionem, & mox cap. 4. conuenienter item dedecus voluptuosum, & tam spurca, & legomenis nostris inter eius errores. Eodem pertinet infra cap. 5. dicitur: Nubebant & emebant, impropria ipsa carnis & seculi vitia; item: que olim delectabilia sunt apud Dominum.

CAP. II.

12. Non quidem abnuimus, &c.] Secundo huius libri inscriptionem damus: Quod secundas nuptias deatur scriptura non adprobare; in quo maxime maxime Montani (vt, Monogamia) vel Rhenanum (vt, (ste) patronum agens, dum scribit conuincit) & femina à Deo permissam, vnam tamen, & vnum gumentum ex Genesi, quod Adam vnus erat, & Eua vna illius vxor, vna mulier, vna colenda, in Prolegomenis.

13. sed etiam plurifariam matrimonii vti fas fuit. De hoc ita B. August. l. de Bon. coniugali c. 15. Antiquis iustis non fuit peccatum, quod pluribus feminis utebantur; nec contra naturam hoc faciebant, quum non laesumendi causa, sed gignendi hoc facerent; nec contra morem, quia eo tempore ea fiebat; nec contra preceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Intelligit autem Abraham et Iacob Patriarchas.

14. Erant & concubinae.] Quid proprie concubinae non fuerint, sed secularia uxores, Abrahama Agar, & Iacob Bala & Zelpha, B. Chrysostomus & Augustinus disertis verbis comprobant, vel ex illo Genes. 16. Et dedit eam viro suo uxorem. & Gen. 30. Deditque illi Balam in coniugium. De concubinis Salomonis Regis alia ratio; nam in peccatum illi eas impunitas B. August. l. 5. Locutionum, in illud Deuteron. 17. Non habebit Rex uxores plurimas, quae alliciant animam eius; faciens vim in voce: plurimas, nam plures etiam David uxores habuerat. At qui passivam licentiam, omnibus usurpatam intelligit more suo, de quo latius infra Tom. sequi. sub finem lib. de Carne Christi.

CAP. IIII.

15. Sed non ideo premerem de libertate vetustatis, &c.] Titulum huius capitis scriptum est: Quod est bonum sit matrimonium, continentia tamen maius sit bonum. Tractat autem ad argumenti multa latius ex eadem Apostoli scriptura infra T. 5. l. de Exhort. castit. quo Lectorem remittimus.

16. qui inter cetera peruersitatum suarum, &c.] Haud dubie Marcionem notat (vix etiam adnotavit Rhebanus.) Apud illum enim, ut scribit l. 1. ad eundem: Non tingitur caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi caelebs, nisi diuortio baptismata mercata. Vbi de nuptiis nusquam prohibitis latius.

17. Sed etiam in persecutionibus, &c.] Facit hoc ad initium erroris Tertulliani, de quo scripsit librum De fuga in persecutione; sed paulo minus hic loquitur quam lib. de Coron. milit. vnde mihi sit verisimile, hunc sequentem librum illo prius conscriptos, maxime quum nulla in istis mentio Paracliti. Non male autem Rheban. interpretatur compressum in tormentis, & distortum in equaleo. Qui etiam recte illud: Quid enim necesse est mori mihi; sic distinguit, ut quasi sic legatur. Nam obiectio est fugientis in persecutione; quasi dicat: Christus nomen ad hoc cogit ut moriatur, qui dixit: Fugite de civitate in civitatem. Quemadmodum & illud: Si ploro, bonum est, si timeo, sic interpretatur: Si instante persecutione deploro propriam imbecillitatem, quod corpus videlicet non sufficit tormentis sustinendis, bonum est. Si timeo, subaudi tormenta, ne scilicet propellar ad negationem, bonum est, nam vt ante dixi, priores clausulas plerumque repetere oportet.

18. diffusio est infirmorum.] Ita lego ex 1. cod. MS. Vatic. pro eo quod Rheban. infirmorum; ac si infirma voce minus bona atque imperfecta. Item ex 2. Vatic. Porro plane bonum, pro: plene, quod illud Auctori in eadem etiam significatu magis sit vsitatum.

19. & meliorum donationum sectatores simus.] Contra quam solet verti Latine donationes; quod noster interpret 1. Corin. 12. retenta voce Graeca charitata.

20. Felicem illum, qui similis Pauli exstiterit.] Locus contra illos, qui Paulum Apostolum coniugatum fuisse adserere non verentur; sed quia apertius istud 1. Cor. 7. exponit infra lib. de Exhort. ad cast. eodem Lectorem re-

mittimus, idque eo magis, ut constet de vera Auctoris sententia, quod ad coniugium Sacerdotum adinet, & maxime ad lib. de Monogamia, ubi disertis verbis praeter Petrum; ceteros (inquit) Apostolos aut spadones intelligi necesse esse aut continentem.

CAP. IIII.

21. Sed carnem legimus infirmam, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: Quod neque carnis, neque seculi necessitas ad nuptias cogat.

22. Legimus tamen & spiritum firmum.] Firmum vertit Matth. 26. pro eo quod promptum noster interpret, Graecè ἄρρηκτον, ad cuius significationem iste magis accedit.

23. atatis officia defendit.] Sic (inquit Rheban.) etiam alibi saepe loquitur, nonnumquam cum Dativo. Vt in lib. de Refurr. carn. Corruptionem (inquit) perpetuam veteri defendat.

24. Sororum nostrarum.] Hoc est (inquit idem) Christianarum. Similiter lib. de Anima, T. sequi. Soror quaedam reuelationum charifinata fortita.

25. malunt enim Deo nubere.] Potest hoc & de Viduis, & de Virginitate intelligi, quemadmodum latius infra lib. de Velandis virg. n. 1.

26. volatica desideria.] Similiter alibi dixit Auctor: propter vnius anni volaticum gaudium. Copeniens autem (inquit Rheban.) veluti pensatione facta aeternorum bonorum cum mundanis istis & transitoris. Qui etiam adnotat illud: videlicet, ironicum esse, nempe pro: scilicet. Item toleranda vite accipi, pro: sustentanda; seu potius sustentanda.

27. qui prohibet de craftino victuque curare.] Paucis expressit illud Matth. 6. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; nam omnia illa victus nomine intelligit, tum hic, tum supra lib. de Idolol. c. 12. ubi pro: curate, transtulit: cogitare.

28. non Gallicos vultus.] Propter candorem (inquit Rheban.) praesertim si cum Graecis, Syris, Hispanis, aut etiam Italis hodie comparentur. D. Hieron. ad Furiam. Nec candidulus & rubicundus affectus adhaereat lateri tuo. Et ad Demetriadem: Eunuchorum quoque tibi (inquit) & puellarum & seruulorum mores magis elegantur quam vultuum elegantia. Idem ex Lactantio docet: Gallis nomen obuensisse Galatis à candore corporis, ad quod adlusere Mero, cum caneret:

-Tum lactea colla

Auro innectuntur.

Potuisse enim alioqui dicere, candida. Sed & Anm. Marcellinus: Celsioris (inquit) statura & candidi penè Galli sunt omnes, & rutili, luminisque coruscate terribiles, auidi iurgiorum, & sublatius insolentes. Intelligit itaque Gallos affectus seu famulos. Prima editio in margine habebat: mulos, pro: vultus, quod magis placet, eo quod lib. sequi. c. 8. n. 57. legatur: & mulabus & cinerariis peregrinae proceritatis, quem similem huic locum esse Rheban. adnotauit. Nihil tamen in contextu immutauit, eo quod 3. MS. Vatic. vultus legant.

29. nec Germanicos baiulos.] Haec est (inquit idem) lectricarios seruos, qui in lectica aut sella gestent. Ad hanc operam ob staturae proceritatem, Germanis utebantur, olim etiam Syris: vnde Iuuenalis.

Nec quae longorum vehitur ceruice Syrorum. Aiant antiquitatis periti lecticam istiusmodi gestatoria non absimilem sandapila fuisse, qua mortui hodie effertur, sed obdutillem velis, si ita res postulasset, adfixis etiam

TULLIANUS
notati omnibus
MELI,
V.
36.

infernè sustentaculis, quæ nunc suspendi, nunc demitti possent, si quando baiulos interquiescere necessitas cogisset, denos plerumque vel disodios, quibus etiam recentes succedebant vicarij. Nam non per urbem modo, verum etiam per agros magna itinera huiusmodi gestatione conficiebantur. Seneca epist. 80. Idem quoque de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominū, supra quamque turbā delicatas lectica suspendit. Idē alibi: Nā faciet (inquit) te beatiū turba seruorum lecticam tuā per itinera urbana aut peregrina portantium. Et rursum alio loco: Quotiens occurrit domus splendida, cohortes culta seruorum, lectica formosissima imposita colonibus. Porro Romanus Pontifex usum lecticæ ex antiquitate retinuit, ut alia multa, fauentibus & concedentibus hoc Imperatoribus, Flauio Constantino Magna, & ceteris qui hunc insecti sunt. Nam de vehiculo, siue sella curuli, clarum testimonium habemus ex Ammiano Marcelino. Denique Rome baiulos agit hodieque Germani, Pontificij, corporis gestatores ex cohorte illa stipatorum Palatina, quam à multis iam annis Romani Pontifices alunt.

CAP. V.

30. Adiciunt quidē sibi homines causas, &c.] Inscriptum hoc caput: Quod ne libetorū procreatio necessaria sit. Quamquam autem paulopost malit legere Rhen. ociosam est, nos: odiosum retinimus cum MS. & excusis codicibus. Pro eo autem quod est: isto seculo eximi, legunt MS. 3. Var. cod. excuti, sed pro priorī lectione factū illud supra lib. de spectac. c. 28. exire de seculo. Ibi denique, Nimirum necessaria, rursum ironiam esse adnotauit Rhenius.

31. quæ legibus locantur.] Vtitur hic (inquit Rhenan.) Metaphora locantis aliquid ut fiat, velut is facit qui domum construendam alicui locat, qui conducere dicitur, & redimere. Quemadmodum verò locator condūctori re perfecta pactam mercedem excoluit, sic & leges patribus ob filios procreatos premium conferunt, q. d. Nisi imitaret homines propositum premium, nemo liberos tolleret. Quod magis placet, quam quod Adnot. suū in lib. de Exhor. cast. censet legendum: cogantur, eo quod illic similiter dicit: ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines. Inter quas (præter eas, de quibus supra Apolog. c. 4. n. 52.) erat illa xij. Talularum: Censores, celebres esse prohibent. Item illa Platonis l. 6. de Leg. qua eos qui annu xxxv. peractis coniuges nec haberent, nec habere vellent, pecunias & honoribus multauit. Vide autem etiam de penis cælibum infra Tom. 5. sub finem lib. de Monogamia.

32. in illa die expeditionis.] Dies expeditionis, vti ad marginē adnotauit Rhenanus, dies ultimi iudicij. Siue autem paulopost legas: posteritatis gratia nubet, cum excusis, siue: nubebit, cum MS. 3. Var. perinde est.

33. sed quum dicit, Nubebant & emebant.] Etiam hic memoria lapsus videtur Auctor, dum Sodoma & Gomorrhæ adscribit, quod Christus narrat de diebus Noe, Matth. 24. quamquam etiam ibi non dicitur quicquam de is qui emebant. Rectius lib. de Monog. T. 5. infra sub finem, omisa emptione: Nubant (inquit) huiusmodi in finem vsque, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma & Gomorrhæ & diluuij dies, ab illo vltimo exitu seculi deprehendantur.

34. Etenim illa tunc cæcitas, &c.] Illa (inquit Rhenan.) cæcitas, videlicet non curantium Deum, sed nubentium & ementium, accidit ante tot secula, mundo adhuc propemodum recenti, in cuius finem nos incidi-

mus. hoc vult dicere. Pertinet etiam hoc ad errorem Tertulliani.

CAP. VI.

35. Quod si habentes, oblitescere debent, quod habent, &c.] Huius capiti titulum facimus: Quod imitari debeant & Christianarum & Gentilium hominarum continentiam.

36. memoriæ chariss. maritorum parcant.] Parcant (inquit Rhenan.) hoc est seruent. Translatione sumpta ab hominibus frugi, qui rebus suis parce vtrunt, memores quod habent seruare, quam inutiliter prodigere. Ipsi Accusatio constructa, ut sit parcant, pro: comparcant, nisi manus parentant.

37. Quot enim sunt qui statim à lauro carnem suam obsignant, si quis alius, certe hic leuē, quiss. Votum continentia significat, de quo latius supra de Cultu seminarum, c. 6. n. 51. & infra lib. de Pat. virg. n. 1. Simile est illud lib. de Patientia supra c. 13. Spud donem voluntarium ad regna cælestia.

38. Quot item qui consensu pari inter se marimonij debitum tollunt.] Simile est illud infra lib.

Veland. virg. cap. 10. Siue qui ex consensu continentiam communem iam recusauerunt. Illud autem pertinet ad continentiam coniugum, quam pari inter se consensu in primitiua Ecclesia videntes, ut a debitum matrimonij sibi mutuo remittunt, & quædam tollunt. Atque id imprimis vitaris fuit in us. quæ ad eos adlegebantur ordines, iam antea coniugati, ut de & de Tertulliano vti diximus credat, facti quod ad hanc haud dubie à se absentem, hos duas libros scripserunt, nempe quum conset in Ecclesia Latina id iam ab atate Apostolorum etiam ex precepto obseruatum fuisse. Quæ pro net imprimis illud Decretum Clement. Roman. Quod si post ordinationem ministro altaris coniugium proprium inuadere cubile uxoris, sagarij non interuenit, & qua in illud commentatus est Franciscus Tarran. 5. pro Epist. Pontific. c. 12. nominatum ex B. Sixto Epist. lib. de Castit. De quo vide plura supra lib. de Cultu seminar. c. 9. n. 51. ubi etiam de Spadonibus voluntatem.

39. saluo matrimonio.] Facit hoc pro altera sententia, que etiam matrimonium saluum agnoscit in B. Virgine & Ioseph, etiam si in abstinentia continentia perpetua vixerint, atque adeo etiam in quibus consensu pari continentibus ibi autem: Durum patet & arduum, Ironiam iterum aduertit Rhenan. qui quamquam malit legere: continentia sanctæ matris, mihi id non placet. facti enim magis ad imitandum lud: continentia sancta, femina post viti excessu Dei causa.

40. Romæ quidem que ignis illius inertibilis, &c.] Aliis verbis hoc expressit sub finem lib. de Monogamia mox citari: Sunt & que de tota continentia iudicent nos virgines Veste, & Iunonica chaica, & Apollinis Pythij. Item lib. de Exhor. Noueram virgines Vestæ apud Achæie ganciam atrocis apud Delphos. Aique de Vestalibus supra Apolog. c. 26. n. 420.

41. Achæe Iunoni apud Ægium oppidum go fortitur.] Antea erat: Achæe (inquit Rhenan.) scripsimus: Achæe. Nam Ægium oppidum est Achæie, ubi colebatur Iuno. Auctor Plinius & alij. Etenim nonis ex hoc loco facit mentionem Hieronymus in Epist. ad Geroniam, apud quem legitur in perualgeat ad Iunonem, Iunonisque Achæie. Cyraldus bish. Doctum 3. legit, & probat lectionem: Achæe Iunoni. Perona

et magis Rhenani lectis, quod non solum excusit, sed et MS. ead. legunt, lib. de Exhort. castit. Iunonis Achaica, sicuti etiam apud B. Hieronymum retinendum puto: Achiua: pro eo quod Erasmus legendum censet: Atqui. Idem quidem ab illo repetitur adu. Iovin. lib. 1. sed dumtaxat: Iunonis virgines vocat.

42. & qua Dephis infantiunt. Antistites has vocat 1. de Monog. Apollinis Pythij, ubi de vi latius.

43. Ceterum viduas Africanæ Cereri, &c. Similiter lib. de Exhort. castit. paulo clarus: Fœminas vero Cereris Africanæ, cui etiam sponte abdicato matrimonio, adfenscunt, exinde adempto contactu masculorum, vsque ad oscula filiorum, & parucoribus lib. de Monog. Cereris sacerdotess viuientibus etiam viris & consentientibus, amica separatione viduantur. Ex quo loco constat etiam hic legendum: eis utique viuientibus, pro: ridetibus. Atqui quis & hic & loci duobus modo citatis nominatim legant codices omnes Cereri, est non placeat coniectura eruditiss. D. Pirhæi (de qua supra Apolog. cap. 24. num. 383.) qua legendum censet: cœlesti, tamen in hoc ei assentior, ut Deam cœlestem existimem eandem, qua hic Africana Ceres nuncupatur. Sine autem legas paulo post: pietatis sanctæ solatia cum excusis sine, sancta cum 3. MS. Vatic. cod. perinde est.

CAP. VII.

44. Nobis continentia ad frumentum æternitatis demonstrata est, &c. In scripturam huius capiti damus: Quod etiam Scriptura videatur dehortari secundas nuptias. Frumentum autem (inquit Rhenan.) pro instrumento, etiam alibi usurpatum, ut structus pro instructus, & structus aduerbially, pro: instructus.

45. Nam etsi non delinquas renubendo, &c. Hinc pater nondum Montanistam fuisse Tertullianum, quum hæc scriberet, sed amore continentie vehementius scripsisse: quemadmodum etiam B. Hieron. Epist. modo citata ad Gerontiam de Monogamia. Quamuis enim aduadat ad verba Apostoli, tamen adfertur dicta verba pronuntiat, addendo de Apostolo: carnis tamen pressuram subsequi dicit. Omnino tamen illud ab errore excusari non potest quod subdit: Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secunde, &c. ad que, aliæque eiusmodi respondebimus infra, aut libris sapientiarum, aut inter Prolegomena.

46. quum digamos non finit prælidere. Præsidebant (inquit Rhenan.) Presbyteri & Episcopi: unde Præsidentes dicit, Tertull. lib. de Coron. milit. loquens de Eucharistia: Nec de aliorum (inquit) manu quam Præsidentium sumimus. Adhuc autem ad locum qui est ad Titum c. 1. Vnius uxoris vir. Vide similem locum Apolog. c. 34. Præsident quique probati seniores; ubi de auctoritate Episcoporum latius n. 503. Atqui de hoc scriptura loco latius infra dictis libris de Cast. & Monogamia.

47. quum viduam adlegi in Ordinationem, &c. Quod hic Ordinationem vocat (inquit Rhenan.) in lib. de Veland. virg. vocat sedem. Ad quam (inquit) sedem præter annos sexaginta non tantum vniuitæ,

id est nuptiæ aliquando eliguntur. Respicit autem locum qui exstat ad Timoth. priore epist. cap. 5. Quod autem hic Ordinationem, illic: Viduatam vocat, & sedem viduarum. Perim de hoc etiam ubi supra, lib. de Castit. eris dicendi locus ad illud sub finē: Quanto igitur & que in Ecclesiis ordinari solent.

48. Regem seculi Pontificem Maximum, &c. Idem reperit dicto lib. de Exhort. cast. ubi hac de re tractabitur, & aliquid etiam dicitur Tomo sequ. lib. de Præscrip. adu. hæres. c. 40. n. 241.

49. ut alicuius boni adfinis. Ita supra lib. de Patientia: Numquid impatientes pacis adfines, & T. seq. l. adu. Hermog. boni & mali adfinem.

CAP. VIII.

50. Nam de viduitatum honoribus, &c. Postremo huic capiti titulum imposuimus: De Viduitatis honoribus.

51. Iultè facite viduæ & pupillo. Vtrique adscribit quod Isai. secundo loco ponitur dixit: &c. nam apud illum sic legitur: Iudicate pupillo, & iustificare viduam. Legimus autem mox ex 3. Vat. cod. qui viduæ benefecerit, pro: benefecit.

52. cuius adfertor Dominus. Adfertor (inquit Rhenan.) vindex est, qui aliquem vindicat in libertatem. Hic pro patrono, qui hominem tuendum suscipit. Ita lib. 1. in Marc. talis adfertor etiam damnaretur in seculo, nedum plogiator.

53. Poterit virgo fœlicior haberi, at vidua laboriosior, &c. His & præcedentibus ac sequentibus verbis indicat, quo sensu infra dicat lib. de Veland. virg. c. 10. Non enim & continentia virginitati antilata, &c. ubi de hoc latius n. 83. Similis etiam locus est supra lib. de Patient. c. 13. n. 85. & B. Hieronymi complures.

54. virtus coronatur. Perimet hoc ad coronam seu præmium virtutum, de qua supra lib. de Patient. c. 11. n. 73. & 75. & lib. ad Martyras c. 3. n. 43.

55. Conuictum atque commercia, &c. Similiter (ubi etiam adnotat Rhenan.) B. Hieronym. ad Eustochium: Eas autem (inquit) virgines & viduas, que ociose & curiose domos circumueunt matronarum, que rubore frontis abstrito, parasitos vincunt mimorum, quasi quasdam pestes abiice. Corruptunt bonos mores confabulationes pessimæ. Nulla illis nisi ventris cura est, & que ventri sunt proxima. Istiusmodi hortari solent, & dicere: Mi cella, rebus tuis vttere, & vine dum viuus, & ni quid filio tuo seruis? Vinosa atque lasciuia quiduis mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias emolliunt.

56. Bonos corrumpunt mores. Hunc Menandri versum sanctificatum (ubi loquitur Auctor) per Epist. 1. Cor. 15. sic citat in Tractat. de Simpl. Prælat. seu de Vniuersitate Ecclesie B. Cyprian. martyr. Corruptunt ingenia bona confabulationes pessimæ. Et in sequ. lib. rursus Tertull. Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ.

57. per otium se veritate deducunt. Sic iterum legimus ex 3. MS. Vatic. ac si dicat: se à veritate deducit, pro eo quod substituit ex collatione Gorz. iensi Rhen. securitatem inducunt.

ULLIAN
notati snibus
MELI,
V
36

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI AD VXO-
REM PER IACOBVM PAMELIVM.

SCRIPTO ad Vxorem Libro præcedenti, respectu humane infirmitatis ad se-
cunda consilia conuersus, hunc quoque Librum ad eam scripsit, quo vtri saltem à
matrimonio cum Gentilibus absteineat, adhortatur.

- I. Atque imprimis id ex Apostoli præcepto urget, qui nubendi disciplinam
prescribendo, non suadet, sed iubet, ut tantum in Domino nubant.
- II. Neque verò sibi quemquam blandiri debere de illo eiusdem Apostoli: Siquis frater infide-
lem habet uxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam, &c. quia manifestum est
eos fideles designari, qui in matrimonio Gentili à gratia Dei inuenti fuerint.
- III. Proinde fideles Gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse, & arcendos ab omni
communicatione fraternitatis.
- III. Maxime, quum Gentili iuncta femina Domino pro disciplina satisfacere non possit, &
statio faciendâ sit, si ieiunia obseruanda, si procedendum erit. Quis enim coniugem suam ro-
tundis conuocationibus aut sollempnibus Pasche abnoctantem sustinebit? quis ad conuiuia
Domini, cum quod infamant, sine suspitione dimittet?
- V. Et ut aliqui nostra sustineant, hoc esse delictum, quòd Gentiles nostra nouerunt? Quo-
modo enim latebis (inquit) cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum etiam per noctem
oratum consurgis? Nec sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes? et si sciat, parum
non illum credit esse qui dicitur.
- VI. Deinde, quum moretur Dei ancilla cum Laribus alienis, de cuius manu desiderabit, de
cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, aut illa quid marito suo cantabit? que
Christi inuocatio? que fomenta fidei de scripturarum interlectione? Vbi diuina benedictio?
- VII. Aliam verò esse rationem, si hæc eis quoque enenire possint, que in matrimonio Gentili
fidem adeptæ sunt: quia facilius tales lucrifunt, eo quòd ratum sit apud Deum matrimo-
nium.
- VIII. Quid quòd etiam Iure serui foras nubere interdican- tur; & censeantur seruituti trans-
canda, que cum alienis seruis post dominorum denuntiationem in consuetudine perseque-
uerunt.
- IX. Felix e contrariò esse matrimonium, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, duorum
delictum; qui simul orant, simul ieiunia transigunt; Vbi sacrificia sine scrupulo, non fuerint
agnatio, non muta benedictio.
- Ceterum, præterquam quòd præcedentis libri nominatim hic fiat mentio, & non semel
imitetur Auctorem, verbis penè iisdem B. Hieronymus locis infra citatis, etiam inueni-
derunt MS. iam olim Trithemius & Politianus. Aeditus verò fuit primum cum Sabotini
deinde & Adnotationibus à Rhenano; at nunc & denuò castigatus ad tria MS. Vatis-
na exemplaria, & Adnotationibus auctus.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI AD VXOREM, DE MA-
TRIMONIO CVM GENTILIBVS,
Liber secundus.



ROXIME² tibi, dilectissima in Domino conserua, quid¹ feminae san- C A P. I.
ctae, matrimonio quacunq[ue] sorte adempto, sectandum sit, vt potui,
profecutus sum. Nunc ad secunda consilia conuertamur, respectu hu-
mana infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quae⁴ di-
uortio, vel mariti excessu, oblata continentiae occasione, non modo
abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubedo quidem rur-
sum disciplinae meminisse voluerunt, vt in Domino potissimum nube-

rent. Itaque mihi confusus est animus, ne qui te nuper ad vniuiratus & viduitatis perseue-
rantiam hortatus sum, nunc mentione nuptiarum, proclium tibi labendi ab altioribus
faciam. Quod si integre sapis, certe scis id seruandum tibi esse, quod sit vtilius. Quod vero
difficile est, & non sine necessitatibus & hoc⁶ maximum propositum vitae supremi praesi-

B dij, nec mihi de isto quoque referendi ad te causa fuissent, nisi grauiorem meam sollicitu-
dinem comprehendissem. Nam quanto grandis est continentia carnis, quae⁷ viduitatem
ministrat, tanto si non sustineatur, ignoscibilis videri potest. Difficilium enim facilis est
venia. Quanto autem nubere in Domino⁸ perpetrabile est, vti nostrae potestatis, tanto cul-
pabilis est non obseruare quod possis. Eo accedit, quod Apostolus de⁹ viduis quidem &
innuptis, vt ita permaneant suadet, cum dicit: Tantum in Domino, iam non suadet, sed
exertè iubet. Igitur in ista maxime specie nisi hoc sequimur, periclitamur: Quia suam
impune quid negligas, quam iustum, quod illud de consilio veniat, & voluntati propona-
tur: hoc autem de potestate descendat, & necessitate obligetur: illic libertas, hic contuma-
cia delinquere videatur. [¹¹ Igitur cum quaedam istis diebus nuptias suas de Ecclesia tol-

leret, id est, Gentili coniungeretur: id que ab aliis retro factum recordaret, miratus aut ipsa-
rum petulantiam, aut consiliatorum prauaricationem, quod nulla scriptura eius facti li-
centiam proferrent, Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur, prima ad Corin-
thios, vbi scriptum est: Si¹² quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio con-
sentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis, infideli nupta, si consentaneum maritum
experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir a fidei vxore, & infidelis vxor a
fidei marito: ceterum immundi essent filij vestri. ¹³ Hanc monitionem fors fidelibus in-
iunctis simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpre-
tantur. Absit vt sciens se circumscribat. Ceterum manifestum est scripturam istam eos fi-
deles designare, qui in matrimonio Gentili inuenti a Dei gratia fuerunt, secundum verba
ipsa: Si quis inquit, fidelis vxore habet infidelē. nō dicit, vxore ducit infidelem: ostendit iā
in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conuersum perseuare cū vxore
debere: scilicet propterea, ne¹⁴ qui fidem consecutus, putaret sibi deuertendum esse ab
aliena iam & extranea quodammodo femina. Adeo & rationem subiicit in pace nos vo-
cari a Domino, & posse infidelem a fideli per vsum matrimonij lucriferi. Ipsa etiam clau-
sula hoc ita intelligendum esse confirmat, Vt quisque ait, vocatur a Domino, ita perseue-

ret: vocatur autem Gentiles, opinor, nō fideles. Quod si de fideli ante matrimonium pro-
nunciasset absolute, permiserat sanctis vulgò nubere. Si verè permiserat, nunquam tam
diuersam atque contrariam permittit suo pronuntiationem subdidisset, dicens: ¹⁵ Mulier
defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Hic certè nihil retractandum
est: nam de eo quod tractari potuisset, Apostolus cecinit: ne, quod ait, cui velit nubat, malè
vteremur, adiecit, tantum in Domino, id est, in nomine Domini, quod est indubitatè
Christiano. Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integritati perseuerare ma-
uult, qui nos ad exemplum sui hortatur, nullam aliam formam repetundarum nuptiarum
nisi in Domino praescribit, huic soli conditioni continentiae detrimenta concedit: Tan-
tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

ULLIAN
nati onibus
MELI
V
16

ueris dictum istud, onerosum est: & iubet & suadet, & præcipit & hortatur, & rogat & comminatur.¹⁶ detractata & exerta sententia est, & ipsa sui breuitate fecunda. Sic solet. Diuina vxor, statim obserues. Quis enim alius possit pericula multa, & vulnera fidei in huiusmodi nuptiis quas prohibet Apostolus prouidisse: & primò quidem carnis sancte in carne Gentili inquinamentum præcauisse? Hoc loco dicit aliquis, Quid ergo refert inter eum qui in matrimonio Gentilis à Domino allegitur, & olim, id est, ante nuptias fidelem, vt non proinde carni suæ caueant: alter arceatur à nuptiis infidelis, alter in his perseuerare videtur: cur si à Gentili inquinamur, non & ille disungitur, quemadmodum iste non obligatur? Respondebo si spiritus dederit, ante omnia allegans Dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quàm omninò disungi: denique perseuerandi necessitatem, hæc causa, continentiam verò commendat. Habet igitur ille perseuerandi necessitatem, hæc porro etiam non nubendi potestatem. Tum si secundum scripturam qui in matrimonio Gentilis à fide deprehenduntur, ac propterea non inquinantur, cum ipsis alij quoque sanctificentur: sine dubio isti, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneæ carni commiscerentur, sanctificare eam non sint deprehensi. Dei autem gratia illud sanctificat, quod inuenitur. Ita quod sanctificari non potuit, immundum est: quod immundum est, cum sancto non habet partem, nisi vt de suo inquinet & occidat. [¹⁷ Hæc cum ita sint, fideles Gentilibus matrimonia subeuntēs, ¹⁸ stupri reos esse constat, & ¹⁹ arcendos ab omni cōmunicatiōe fraternitatis, ex litteris Apostoli dicentis, cum eiusmodi nec cibum sumendum, At non quid ²⁰ tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? Et matrimonium illud contractum allegabimus quod veruit ipse? Non adulterium est quod prohibetur: non in primum est extranei hominis admissio? Minus templum Dei violat: minus membra Christi cum membris adulteræ commiscet? Quod sciam, non sumus nostri, sed pretio empti: ut quali pretio? sanguine Dei. Lædentes igitur carnem istam, eum ledimus. De proximo qui sibi voluit ille qui dixit, delictum quidem esse extraneo nubere, sed minimum, cum deposita carnis iniuria ad Dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in Domino no grande sit? Quanto enim potestas vitandi fuit, tanto contumaciæ crimen oneratur. Recenseamus nunc cetera pericula & vulnera, vt dixi, fidei ab Apostolo prouisa, non tantum tantum, verum etiam ipsius spiritus, molestissima. Quis enim dubitet obliterari quod die fidem commercio infidelis? Bonos corrumpunt mores, confabulationes male: quam magis ²¹ coniunctus, & indiuiduus vsus. Quæuis mulier fidelis Dominum obseruasse est. Et quomodo potest duobus dominis deseruire, Domino, & marito, adde Gentilibus? Gentilem enim obseruando Gentilia exhibebit, formam, ²² extructionem, munditiam seculares, blanditias turpiores, ipsa etiam matrimonij secreta maculosa: non vt per se detratè transiguntur. [²³ Sed viderit qualiter viro officia pendat. Domino certe non potest pro disciplina satisfacere habens in latere diaboli seruum, procuratorem Domini ad impedienda fidelium studia & officia. Vt ²⁴ si statio facienda est, maritus de die cedendum erit, nunquam magis familiaris occupatio adueniat. Quis enim finat coniugium suam ²⁶ visitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæ que reperia circuire? Quis nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libere feret? Quis denique ²⁷ Solemnibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit? Quis in carcerum iuium Dominicum illud, quod infamant, sine sua suspitione dimittet? Quis in carcere ad ²⁹ osculanda vincula martyris reptare patietur? iam verò alicui fratrum ad osculum aduenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo inuadere, desiderare, in parte habere? Si & peregrè frater adueniat, quod in aliena domo hospitium: Si cui largietur erit, horreum, ³⁰ proma, præclusa sunt. [³¹ Sed aliqui sustinent nostra, nec obsequium mus: quòd beneficium eorum est, si quid operamur. Non potest se dicere nescire, qui libet: aut si cælatur quia non sustinet, timetur. Cum autem scriptura vtrunque mandet, ³² sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari Domino: nihil inter est in parte delinquas, aut in conscientia mariti, si sit vt patiens: aut in conflictatione tui, dum tatur impatiens. Nolite, inquit, margarita vestra porcis iactare, ne conculcent ea, & ³³ conuersi vos quoque evertant. Margarita vestra, sunt quotidiana cōuersationis insignia. Quæto curaueris ea occultare, tanto suspectiora feceris, & magis cauenda Gentili curio.

CAP. III.

I. Cor. 5.

I. Cor. 3.

I. Cor. 6.

Ibidem.

I. Cor. 15.

Matth. 6.

CAP. IIII.

CAP. V.

Matth. 5.

2. Cor. 9.

Matth. 7.

A Latebís ne tu, cum ³⁴ lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum flatu expuis, cum etiam per noctem exurgis oratum, & ³⁵ non Magiæ aliquid videberis operari? Non sciet maritus ³⁶ quid secreto ante omnem cibum gustes? Et ³⁷ si sciuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur. Et hæc ignorans quisque, rationem simpliciter sustinebit, sine gemitu, sine suspitione panis an veneni? Sustinent quidem, sed ut inculcent, ut inludant huiusmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt feruent, si fortè lædantur, ipsi sustinent: quarum dotes, obiectione nominis, mercedem silentij faciant, scilicet apud arbitrum spiculatorem litigaturi. Quod pleræque non prouidentes, aut re ex cruciata, aut fide perditâ recensuerunt. [³⁸ Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus demonum, omnibus sollennibus regum incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur. Et procedit de ianua laureata & lucernata, ut de nouo consistorio libidinum publicarum. Discumbit cum marito in ³⁹ sodalitiis, sæpè in popinis. Et ministrabit nonnunquam inquis, solita quondam sanctis ministrare. Et non hinc præiudiciû damnationis suæ ⁴⁰ ad cognoscet? Eos obseruabit quos erat iudicatura. De ⁴¹ cuius manu desiderabit? de cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat sanè, ⁴² audiat aliquid Dei cœna, de taberna, de gehêna. Quæ Dei mêtio: quæ Christi inuocatio? ubi ⁴³ fomenta fidei de scripturarû interlectione? ubi spiritus refrigeriû? ubi diuina benedictio? Omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata ⁴⁴ ad terendam salutem, à Malo immissa. [⁴⁵ Hæc si eis quoque ⁴⁶ uenire possint quæ in matrimonio Gentilis fidẽ adeptæ morantur, tamen excusantur, ut in ipsis deprehensæ à Deo, & iubentur perseverare, & sanctificantur, & spem lucracionis accipiunt. Si ergo ratum est apud Deum matrimonium huiusmodi, cur non prosperè cedat, ut & à pressuris, & angustiis, & impedimentis, & inquinamentis non ita laceffatur, iam habens ex parte diuinæ gratiæ patrociniû? Nam & ad aliquam virtutem cœlestem documentis dignationis alicuius uocata, terrori est Gentili, quo minus sibi obstrepat, minus sciat, minus speculetur. Sensit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorem factam, sic & ipse ⁴⁶ candidatus est timoris. Ita facilius huiusmodi lucrifunt, in quos Dei gratia consuetudinem fecit. Ceterum aliud est, vltro & sponte in prohibita descendere. Quæ ⁴⁷ si Domino non placent, utique Dominum offendunt, utique Malo se inferunt. Hoc ⁴⁸ si igni erit ut solis, quod solis Petitoribus placet nomen Christianum, ideò inueniuntur qui tales non exhorreat, ut ⁴⁸ exterminent, ut arripiant, ut à fide excludant. Habes causam, qua non dubites, nullum huiusmodi matrimonium prosperè decurri, à Malo conciliatur, à Domino verò damnatur. [Ad ⁴⁹ hoc quæramus an iure, quasi reuera ⁵⁰ de- spectatores diuinarum sententiarum. Nonne ⁵¹ quique domini & disciplinæ tenacissimi seruis suis foras nubere interdicitur: scilicet ne in lasciuiam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant? Nonne insuper censuerunt ⁵² seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo post dominorum denunciationem in consuetudine perseverauerunt? Seueriores habebuntur terrenæ disciplinæ cœlestibus præscriptis? ut Gentiles quidem extraneis iunctæ, libertatem suam amittant: nostræ verò diaboli seruos sibi coniungant, & in statu suo perseverent. ⁵³ Scilicet negabunt sibi à Domino per Apostolum eiusdem denunciatum. Quam huius amentiarum causam detineam, nisi fidei imbecillitatem pronam semper in concupiscentiam secularium gaudiorum? Quod quidem plurimum in lautioribus deprehensum est. Nã ⁵⁴ quanto diues aliqua est commatrona nomine inflata, tanto capacem domû oneribus suis requirit, campum in quo ambitio decurrat. Sordent talibus Ecclesiæ. ⁵⁵ Difficilè in domo Dei diues, ac, si quis est, difficilè cœlebs. Quid ergo faciunt? Vnde nisi à diabolo maritû petant ⁵⁶ bonum exhibendæ sellæ, & ⁵⁷ mulabus, & ⁵⁸ cinerariis peregrinæ proceritatis? Christianus ista etiam diues fortasè nõ præstet. Quæso te, Gentilium exempla proponas tibi. Pleræque & genere nobiles, & re beatæ, pessimis de ignobilibus & mendicribus simul, coniunguntur, aut ad luxuriam inuentis, aut ad licentiam expetitis. Nonnullæ se libertis & seruis suis conferunt, omnium hominum existimatione despecta, dum modò habeant à quibus nullum impedimentum libertatis suæ timeant. Christianam fidelem fideli re minori nubere piger, locupletiores futuram in viro paupere? Nam si pauperum sunt regna cœlorum, quia diuitum non sunt, plus diues in paupere inueniet maiore dote. Sit illa ex æquo in terris, quæ in cœlis forsitan non erit. [⁵⁹ Dubitandum, & inquirendum, & identidem deliberandum est, an ideò sit inuestis dotibus cui

CAP. VI.

CAP. VII.

1. Cor. 7.

CAP. VIII.

2. Cor. 6.

Matth. 5. CAP. IX.

ULLIAN
notati onibus
MELI
V
16

Deus censum suum credidit. Vnde sufficiam ad enarrandam foelicitatem eius matrimonij
 6^o quod Ecclesia conciliat, & 6¹ confirmat oblatio, & ob signatum angeli renunciant, patre
 rato habet? 6² Nam nec in terris filij sine consensu patrum ritè & iure nubent. Quale
 iugum Fidelium duorum vnus spei, vnus voti, vnus disciplinæ, eiusdem seruitutis
 Ambo fratres, ambo conserui, nulla spiritus carnisve diferetio. Atquin verè duo in car-
 ne vna. Vbi caro vna, vnus & spiritus. Simul orant, simul voluntant, & simul ieiunia
 transigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In 6³ Ecclesia Dei pariter, in com-
 muni Dei pariter. In angustiis, in refrigeriis, neuter alterum cælat, neuter alterum vitat.
 neuter alteri grauis est. Liberè æger visitatur, indigens sustentatur. Eleemolynæ sine tro-
 namento, 6⁴ Sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento. Non futu-
 signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duos Psalms &
 Hymni, & mutuò prouocant quis melius Deo suo canet. Talia Christus videns & au-
 diens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi & ipse; vbi & ipse, ibi & Malus non
 est. Hæc sunt quæ 6⁵ Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda nobis, relquit. Hoc
 tibi suggere, si opus fuerit. His te ab exemplis quarundam refecte. Non licet aliter fide-
 libus nubere: & si liceret, non expediret.

Math. 18.
1. Cor. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM AD VXOREM SECVNDVM.

1. DE MATRIMONIO CVM GENTILI-
BVS.] Istud titulo adiunximus, vt notat Lector libri ar-
gumentum. Cui similem locum etiam habet B. Cypria-
nus lib. Testimon. 3. ad Quirin. cap. 62. hoc titulo: Ma-
trimonium cum Gentilibus non iungendum; vbi
& adlegat tum locum 1. Corin. 7. quem hic vrgit Au-
gustinus, Tantum in Domino, tum & alius scripturas Tob.
6. Genes. 24. 1. Esdr. 10. Reg. 3. cap. 11. Epistol. 1.
& 2. Corin. 6. Qui etiam lib. de lapsis, inter crimi-
na collocat: Iungere cum infidelibus vinculum ma-
trimonij; ad quem locum Patrum similes sententias ad-
notauimus num. 21. infra adhuc aliquot citaturi. cap. 1.
& 3. aduersus Magdenburgenses, qui perperam in-
ter errores Tertulliani collocare non verentur, quod di-
cat: Iupri reos fideles Gentilium matrimonia sub-
euntes.

CAP. I.

2. Proximè tibi, dilectissima in Domino con-
serua, &c.] Caput hoc primum inscriptum: Quod
tantum in Domino, id est Christiano, nubend-
dum præcipiat Apostolus. Quem locum 1. Corin. 7.
non modo ita interpretantur Tertullianus hic & in-
fra lib. de Monogam. & B. Cyprianus vbi supra, verum
etiam B. Ambrosius & reliqui Latiorum in eius loci
commentariis, B. Hieronymus lib. 1. aduers. Iovinianum
hunc locum imitatus. Vbi etiam adlegat 2. Corin.
6. Nolite iugum ducere cum infidelibus; & præter
scriptura loca mox citata etiam locum Malachia: Pol-
luit enim sanctam Domini, & dilexit, & habuit
filiam Dei alieni. Ex eo autem quod hoc capite Ter-
tullianus permittit vidua secundas nuptias, dummo-
dò in Domino, id est Christiano, nubat, colligunt
rectè Magdenburgenses, quom hunc librum scri-
beret, nondum incidisse in heresim de damnata Diga-
mia.

3. fœminæ sanctæ.] Hoc est (inquit Rhemanus
Christiana, vt infra cap. 2. Permisserat sanctis ve-
gò nubere. Item: carnis sanctæ in carne Gentium
inquinamentum; & in lib. præcedente cap. 6. de
rum planè & arduum continentia sanctæ fœmi-
næ. Nam olim Christiani vocabantur sancti. Nam
sanctissimi dicti Episcopi. Quem titulum ex accu-
rate retinuit Pontifex Romanus. Similiter iterum in-
fra cap. 3. & penes sanctos dixit, ac cap. 6. sancti
sanctis ministrare. Appellatione haud dubie de-
pra ex illo 1. Corin. 7. Aui qui filij vestri immunda-
sent, nunc verò sancti sunt, iuxta interpretationem
Chrysof. & Ambrosij in Commentariis, qui
lib. de Anima infra Tom. sequ. sanctitatis candidi-
quàm apertiss. appellat, vitore quom Apollonius
nondum baptizatus loquatur.

4. diuortio, vel mariti excessu.] Sancti huius
eius intelligendus, quippe quom suam sententiam
plicet infra his verbis lib. de Monogam. Tom. 1. Re-
pudiatis non permitteret nubere aduersus
num præceptum. vbi, & lib. 4. aduersus
Tomo sequent. hac de re latius, contra eos qui
rem hunc Tertulliano impingunt, quasi ille
rit licitum repudiatis nubere potissimum in Do-
mo.

5. proclium tibi labendi ab altioribus
Proclium (inquit Rhemanus) hoc est proclium
ansam ruina præstet.

6. & hoc maximum propositum.]
esse (inquit idem) figura Græca, hoc est
dum maximum propositum, id est, non
posita est in matrimonio, tanquam in
dio vita commodius transigenda, quom
auctoritatis & solatiij causa mulieri necesse
est.

7. quæ viduitatem ministrat.] Similiter
Apolog. c. 2. quæ vos aduersus formam, &c.

CAP. III.

stret. ubi aliquid de hac phrasi diximus, Adnot. nostris num. 29.

8. perpetrabile.] In bonam partem & proprie hic accipitur perpetrabile. Nam (teste Teste) Perpetrat, qui peragit, perficit. Hinc Tacuimus in Tencro: Perpetrare precibus imperia.

9. de viduis quidem & innuptis.] Ominio sic hoc restitui, tum quod infra c. 2. hunc ipsum locum citans dicit: Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integritati perleuare mauult; tum quod non modo Latine legatur. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanerint: sed & Græcè τοῖς ἀγαθῶν ἡμεῶν τῶν ἡμεῶν, maxime quæ infra l. de Cast. Tom. 5. etiam sic legat. Alioquin enim nihil ad institutum faceret.

10. exerte iubet.] Exerte (inquit Rhenan.) id est, clare & expresse. Sic paulo post etiam c. 2. exerta sententia. Qui addit eo loco: Quia suauis impunè quid negligas quam iustum subaudiri: magis. Cuiusmodi locutiones multas congestas ab eodem habes supra lib. ad Mart. c. 2. h. 15.

CAP. II.

11. Igitur quum quadam, &c.] Capiti huic titulum datus: Quid sibi velit Apostolus ubi de viro agit infideli, & vxore fideli. Quem adeo Apostoli loci pulcherrime explicat, in quo eum imitantur plerique Græcorum & Latinorum Commentarij, & B. Hieronym. lib. 1. aduers. Iouinian. Ignoscat (inquit) Apostolus infidelium coniunctioni, que habentes maritos, in Christum postea crediderunt; non his que Christiane essent, nupsent Gentilibus. Atqui nuptias de Ecclesia tollere, pro eodem habet ac: Gentili coniungi, eo quod fidem alteri, nempe Gentili, dando, Christianis eripere videtur.

12. Siquis frater infidelem habet vxorem, &c.] Quod hic: frater, mox ab Auctore vertitur fidelis, de quo plura Apolog. cap. 39. Atqui ibi: & illa matrimonio consentit; Paraphrastice reddit quod ad verbum ex Græca vertit nosse Interpretis: & hæc consentit habitare cum illo. cum quo magis conuenit quod mox reciprocè de viro subditur: si consentaneū maritum experitur. Que interim illi conformiter legitur. Similiter mulier fidelis: unde apparet olim etiam Græcè lectum fuisse, ἡμεῶν τῶν ἡμεῶν pro eo quod nunc dicitur: ἡμεῶν τῶν ἡμεῶν. Accipit denique ceterum, pro alioquin, more Iureconsultorum, & nominatim Vlpiani, l. si finita. §. postea. D. De damno infecto. Paulo post accipitur ceterum proprie ab Auctore, pro verbo, de quo diximus ex Zephyro supra ad Apolog. cap. 1.

13. Hanc monitionem, fors fidelibus iniunctis.] Fors, pro sorte, hic accipitur ab Auctore. Atqui etsi i. edit. legat: iniunctis, magis placet vulgata confirmata MS. cod. Vat. 3. iniunctis, ut accipiatur pro: non iniunctis.

14. ne qui] Pro: ne quis (inquit Rhenan.) quemadmodum alibi frequentiss.

15. Mulier defuncto viro.] Etiam hoc Paraphrastice transferens defungi, pro dormire, quod & Græcè & Latine est apud Apostolum his verbis: Quod si dormierit vir eius, familiariss. scriptura phrasi, ut ex Concordantijs Bibliorum manifestissimum est.

16. detractata & exerta sententia est. Nouns (inquit Rhenan.) huius verbi vsus detractata. Sic l. de Virg. veland. Nec detractamus, quare non & puerum nominari. Compositum pro simplici.

17. Hæc quum ita sint, fideles Gentilium matrimonia subeuntes, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod accendi sint à communicatione fraternitatis, matrimonia cum infidelibus contrahentes.

18. stupri reos.] Perperam hoc inter errores Tertuliani receperunt Magdenburgenses, uti etiam supra adnotauimus num. 1. Nam haud absimiliter B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouinian. At nunc (inquit) plerique contententes Apostoli inuisionem, inunguntur Gentilibus: & templa Christi idolis prostituunt, nec intelligunt se corporis eius esse partem, cuius & coesæ sunt. Sic etiam B. Ambrosius alicubi.

19. & arcendos ab omni communicatione fraternitatis.] Ita excommunicationem Ecclesiasticam circumscribit, de qua videt Lector Adnot. nostras in B. Cyprian. Epistol. 38. num. 10. & supra Apolog. cap. 39. Que quid præterea iniungat, addit ex litteris Apostoli, 1. Cor. 5. nempe: cum eiusmodi nec cibum sumere.

20. tabulas nuptiales.] Syngraphas (inquit Rhenan.) intelligit. Sic Cicero de Oratore: Nam pro tabulis, & contra tabulas, & pro testibus, vel contra testes, vel separatim dicere solemus, vel de genere vniuerso. Porro Tertullianus hic vititur translatione actuum siue causarum forensium. Siue autem paulo post legamus: ab Apostolo prouisa, cum excussis, siue: prauilla, cum 3. Vatic. MS. cod. perinde est.

21. coniunctus & indiuiduus vsus.] Quum sic legant MS. dicti cod. 2. & ipse Rhenan. in Adnot. probet, magis placet, quam quod ille in Ledit. substituerat, coniunctus, &c.

22. extructionem.] Sic vocat (inquit Rhenan.) exorinationem, siue expolitionem, quam & expictionem appellare solet.

CAP. IIIII.

23. Sed viderit qualiter viro officia pendat, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod Deo satisfacere Gentili viro nupta non possit.

24. Ut si statio facienda est.] Stationem plerumque pro stato seiniij die accipi ab Auctore, supra satis ostendimus lib. de Orat. cap. 14. num. 58. & de Cor. milit. num. 11. Hic tamen eo quod illi opponatur condicere ad balneas, videtur accipi sicuti à Rhenano accipitur, & à B. Cyprian. epistol. 41. num. 10. & 42. num. 11. A militia (inquit hic Rhenan.) Romana tractum & usurpatum hoc vocabulum, ut alia multa, hæsit in vsu Christianorū. Faciebant stationem milites, presidium certo loco agerantes. Vnde & stationarij dicti. Christiani, nunc in hac Basilica, nunc in alia conuenientes, nondumquam apud Martyria, hoc est, Martyrum sepulchra, Deum stantes & adrenti precabantur. Stationis vocabulum in hoc sensu non ignorum urbi Romana, ex antiquitate relictum, ipsa etiam obseruatione veteri per manus tradita ac reuera.

25. si procedendum erit.] Similiter (quemadmodum adnotat & Rhenanus) B. Hieronym. ad Eustachium: Martyres tibi querantur in cubiculo tuo, nunquam causa derit procedendi, si semper, quando necesse est, processura sis. Porro Processionum ceremonias antiquas esse vel ex hoc loco colligere potes, certè non contemnendas, si cum adtentione animi & puritate precum peragantur. Quibus adde quod habet idem Rhenan. in argumento, quod processionem Ecclesiasticam refe-

ULLIAN
notati onibus
MELLI
V.
36.

runt Iudaicum populum obuiam Christo factum, & Apostolos exeuntes in mundum uniuersum, cum Christus in caelos ascenderet. Haec paulo prolixius contra Magdenburgenses, qui Processionum ritum ad Montani ceremonias referunt; quod quam non recte, vel inde colligere est, quod fiantur alibi librum hunc ante haereseim à Tertulliano conscriptum, uti supra adnotauimus. 2.

26. visitandorum fratrum gratia, &c.] Similiter dixit supra lib. de Cultu femm. cap. 11. Aut imbecillus aliquis ex fratribus visitandus. Atqui ex utroque loco haec colligit Christianorum veterum officia Rhenanus in lib. de Coron. milit. & hic in argumento, Stationes; ieiunium; processionem; visitationem fratrum, hoc est Christianorum egrotantium; conuocationem nonnumquam nocturnam, sollemnia Pascha, Dominicum conuiuium, consolationem Martyrum in vinculis detentorum, exsecutionem fratrum, abluionem pedum, peregrinationem susceptionem, communionem Eucharistiae; Signum crucis, praecationem nocturnam; Eucharistiae priuati ante omnem cibum degustationem; sacram Christianorum cantillationem.

27. sollemnibus Pascha.] De his vide infra lib. de Coron. milit. cap. 3. De peruigilio uero Paschae adnotat hunc locum B. Hieron. in argumento Rhenan. Unde reor (inquit) & Traditionem Apostolicam permanisse, ut in die Vigiliarum Pascha ante noctem dimidiam populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi (quem Iudaei tradunt media nocte venturum in similitudinem Aegyptij temporis) & postquam illud tempus transferit, securitate presumpta festum cunctis agentibus diem. Habet id ille Comment. in Matthaeum, in fallor, ad illud cap. 24. Nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Quod haussisse uidetur ex Lactant. lib. 7. cap. 13. ubi inter cetera: Et haec est nox (inquit) quae à nobis propter aduentum Regis ac Dei nostri peruigilio celebratur. Quae ipsa uerba paucis immutatis iterum transcripsit B. Isidorus Etymolog. lib. 6. cap. 16. Eiusdem diei sollemnis vigiliarum Paschae meminit Euseb. histor. Eccles. lib. 6. cap. 25. ac 34. à quo uocatur, ἡ μεγαλή τῆς παύσης τῆς νύκτος τῆς ἡμέρας τῆς ὑψώσεως; & ἡμεγὰ τῆς ὑψώσεως τῆς παύσεως τῆς νύκτος. Eodem pertinet quod Gregor. Nazianz. sermone de Pascha, & Orat. funebri in patrem. scribit de nocte diem festum Pascha praecedente, luminibus & flammis coruscantem. Item B. Gregor. Nyss. Orat. de Pascha, & Euseb.:

Ad temet properant uigilatum conuenientes, Nox lucei. referet funalibus anteferedam, &c.

28. conuiuium Dominicum illud quod infamanti.] De conuiuio Dominico, seu Missa Christianorum, uide supra Adnotat. nostras, lib. de Orat. num. 1. De calumniis uero, quibus illud Gentes infamabant, totis capitibus sexto & septimo Apologietici.

29. ad osculanda vincula martyris reptare.] Quod martyr dicebatur Auctori, etiam qui carcere adhuc includebatur, paratus ad martyrium, supra ostendimus lib. ad Martyras, num. 1. Atqui adnotanda haec non noua Ecclesiae ceremonia, tum de osculandis uinculis martyrum, tum de reptatione ad eadem, ut nemo similes hodie ceremonias contemnat, quae sunt ad reliquias martyrum. Quae etiam anti-

quissimas esse ostendunt, qui eandem mentorem sciunt Patres à nobis citari. Adnotat. nostra, in epist. 37. B. Cypriani, num. 4. Quibus adde Theodor. de orat. Graec. affect. lib. 8. B. Cyrill. lib. 6. & 10. contra Iulianum, B. Augustin. epistol. 43. contra Max. Madaurensis, ac lib. 20. contra Faustum, cap. 4. & 21. Eodem pertinet Epitheta Reliquijs Sanctorum adhibita, quibus appellantur Sanctae BB. Hieronymo & Ambrosio, suscipienda cum omni honore & amplectenda, à Basilio Ancyrano Syn. 7. Act. 1. Honoranda à B. Hieronymo aduers. Vigil. Veneranda à Rufino, Eccles. hist. lib. 2. cap. 28. Quis qui ornant, tuentur, uenerantur, propinquus sanctorum dicuntur à Gregor. Nyss. Orat. in Theodor. quos adtingere eiusmodi donum, ut supra voto nihil magis optari possit, eodem teste ibidem, quae omnes cum summo gaudio circumstant, benedictas sapientes, ac secum referre anima corpori que remedia, & perinde ac uita essent, amplectuntur, & ore delectantur, sicuti idem ibidem. Cur enim non honoretur, inquit Ambros. serm. 93. fideles, quos reuerentur dominus? Quis ergo nobis det (inquit Chrysost. homil. 22. epistol. ad Roman.) circumfundit corpori Pauli, & cetera. Eodem enim possunt (inquit Gregorius Nazianz. contra Max. contra Iulianum) tacta siue uenerata, quae anima uenerata sancta. Quas qui contingit (Basilio teste in Psal. 115.) quaedam sanctificationis societatem assumunt.

30. proma, praefusa sunt.] Intelligit (inquit Rhenan.) cellas promas siue promptuaris, in quibus seculenta reponuntur, & unde cum opus est, per promum condum depramuntur. Lib. de Regor. carnis. Epistol. Esaiam cap. 26. legit: Populus meus introit in cellas promas, pro quo nos in ueteri Bibliorum uersione benimus. Vade populus meus, intra in cubitibus tuas, & que locum exponens: Sepulchra (inquit) erunt cellae promae. & addit: Cur cellarum promatum populi uocabulo usus est, & non alicuius loci receptum, nisi quia in cellis promis caro salita & usum temporata seruatur, deprimenda illine suo tempore ad illuc. Vides igitur quid hic intelligat per proma.

CAP. V.

31. Sed aliqui sustinent nostra, nec oblitiscuntur, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod Gentes non expedit nostra nosse.

32. & sine alterius conscientia, & sine auctore praefusa operari Domino.] Prioribus uerbis ad illud ad illud Matth. 6. Adrendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus. Posterius uero ad illud, 2. Cor. 9. Non ex tristitia aut necessitate.

33. & conuerti uos quoque euerunt.] Quod uerbum transfuit quod Graecae est: ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐκείνους ὡς ἡμεῖς, pro eo quod noster interpretatur: para phrasin dicitur a uoce: canes; & canes conuerti dirumpuntur, saltem iuxta posteriores editiones: nam in antiquioribus non habetur. Certe ne B. Cyprianus legit, huiusmodi scripturam citans, lib. aduers. Demetr. & 13. Testimonium ad Cyrill. cap. 50. hoc titulo: Sacramentum fidei non esse praefundendum. Qui etiam modo legit: ne forte conuerti pedibus suis, modo: inculcent, Auctorem hic huiusmodi. Nam inculcare eodem significatu accipi adnotauimus eiusdem Cyprian. lib. ad Demetr. n. 3. & supra lib. de Patientia dicitur Auctor: tentationes uascat. c. 15.

34. quum lectulum, quum copulculum transignas.] De more hoc cruce signandi antiqui etiam

stianis vstrato, vide infra Adnot. nostras in cap. 3. lib. de Coron. milit. Ergo (inquit Rhenanus) quod loco citato dixit: cubilia, hic lectulum vocat. Simile est etiam illud Auctoris infra sub finem: non fartuua lignatio.

35. & non Magia aliquid videberis operari.] Hoc addit ob id quod praemittitur: etiam per nocte exurgis. quippe quod vstratum sit & Magnus, & maxime Matheus mulieribus, de quibus latius infra Tomo sequenti de Anima.

36. quid secretò ante omnem cibum gustes.] Quamquam rectè adlegat tanquam similem locum Rhenanus ex lib. de Coron. milit. in hoc tamen fallitur, quod pro eodem habeat: ante omnem cibum, & quod ibi dicitur: tempore victus; quippe quum hoc potius significet prandij seu cenæ tempus; verum correspondet potius illud quod ibidem subiicitur: antelucanis cœtibus. Atque de more hoc Eucharistiam domum portandi, & secreto gustandi, vide Adnot. nostras supra l. de Orat. n. 1.

37. Et si sciuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur.] Facit etiam hic locus ad confirmationem veritatis corporis Domini in Eucharistia, de qua supra dicto l. de Orat. c. 6. n. 2. 3. & infra l. 4. adu. Marc.) quia hinc patet non esse panem communem, sed iuxta quod est Matth. 6. super substantialem.

CAP. VI.

38. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod non possit non Gentilium sollempnia obsecrare Gentili viro iuncta. Atque de Laribus vide Adnot. nostras Apolog. num. 188. cap. 13. De sollempniis Regum sine Caesarum (nam etiam Regum nomen Caesaribus tribuitur) si Rhenano credendum, B. Hieronymus ibidem n. 461. ac de ianuis laureatis & lucernatis, num. 464. De quibus etiam tractat Auctor lib. de Idolol. cap. 15.

39. in sodalitatibus.] Collegia (inquit Rhenanus) Gentilium vniuersi. Eadem mensa sodales oriuntur, unde & Graeci ομοσπλαστα dicitur sodalitates. Cato apud Ciceron. lib. de Senect. Sodalitates autem (inquit) me Quæstore constituta sunt sacris idæis Magnæ matris acceptis. Epulabatur igitur cum sodalibus. Porro Licinia lex olim aduersum sodalicia lata est ad vitandam popularium suffragiorum corruptelam.

40. ad cognoscet.] Hoc verbo (inquit idem) etiam in aliis libris vsus est Auctor.

41. De cuius manu desiderabit:] Facit ad huius intellectum quod habet infra c. 3. de Coron. milit. Sacramentum Eucharistia non nisi de manu Præfidentium sumimus; vbi ea de re plura.

42. audiat aliquid Dei cenæ, &c.] De more hoc canendi præsertim in Ecclesia, & tempore cenæ Dei seu sacrificij (non ut perperam Rhenanus cenæ Christiani nominis: nam indicatur illud infra sub finem, dum dicitur: sacrificia sine scrupulo.) vide supra Tom. 1. Adnotat. nostras ad illud Apolog. cap. 39. num. 5. 20. Prouocatur in medium Deo canere. Quid autem caneretur, indicat infra sub finem: Sonant (inquit) inter duos Psalmi & hymni, & mutuò prouocant quis melius Deo suo canet.

43. vbi fomenta fidei de scripturarum interlectione: vbi spiritus refrigerium? vbi diuina benedictio? Non pertinere istud duntaxat (vri adnotat Rhenanus, ad Psalmos & Hymnos, patet ex eiusdem Apolog. verbis istis: eodem enim nullo ante: Coimus ad scripturarum diuinarum commemorationem, &c. tam & ex illis infra Tom. sequenti, lib. de Anima: Jam

verò prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur. Pertinent enim illa omnia ad diuersas Missæ partes, prout etiam adnotauimus lib. de Orat. num. 1. Atque adeo: diuina benedictio referri debet potius ad consecrationem Eucharistia, quam ad benedictionem Dei, quæ fit per Psalmos & Hymnos.

44. adterende salutis.] Sic ex MS. 3. & partim I. edit. quæ habebat: adterrenda, pro eo quod substituit Rhenanus: abterrenda.

CAP. VII.

45. Hæc si eis quoque euenire possint, quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ morantur, &c.] Huic capiti inscriptionem dedimus: Quod alia sit ratio earum quæ cum Gentili matrimonio ante baptismum iunctæ sunt. Nam plurali numero hæc lego cum Latinio, eo quod sequitur: excusantur, iubentur, sanctificantur, accipiunt. Sive autem legas cum I. edit. vidit expedimenta, sive cum excusis aliis, & MS. experimenta, perinde est.

46. candidatus est timoris, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) paulatim imbibit & appetere dicitur timorem Domini, qui initium est sapientia iuxta Psalmographum. Est autem elegantiss. dictum: candidatus timoris, translatione sumpta ab ambientibus olim Romæ magistratum, indutus candida veste. Etque hæc est causa, cur Apostolus noluit deserui maritum Gentilem. Ex cohabitatione enim & ipsa paulatim fiet Christianus.

47. Hoc signi erit vt solis, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) hæc re peculiariter sunt insignes & notabiles. Agit autem de prociis matronarum Christianarum, quas ipse Petitores vocat. Quia ipse interim mihi non satisfacit, mecum cogitet Lector Antiquarius, quomodo locus, quem corruptum patet, posuit restitui; nam ex MS. 3. mederi non licuit. Fortassis accipit illud: vt solis, ac si dicat: sole clarior, vt erum si omittatur illud: vt solis, constabit sensus.

48. vt exterminent.] Exterminare (inquit Rhenanus) propriè est extra terminos & fines territorij sine possessionis aliquem eicere & propellere. Sic lib. de Velandis virgin. dixit: mulierem ream esse angelorum exterminatorum, eiectos illos sentiens de sedibus celestibus ob amorem & libidinem mulierum. Hieronymus, ad Eustachium: Explosis igitur & exterminatis his quæ nolunt esse virgines, sed videri. Vbi exterminatis plus est quam explosis. Exterminare est, quod Germani sua lingua vocant: verbannen, id est, extra-bannum eicere, quam vocem Augustus Abbas Francicarum legum interpretes, quas de Germanico sermone in Latinum vertit: Forbannen reddidit. Vnde Forbanniti in legibus Longobardorum & Alemannorum & reliquarum gentium nominis Germanici. Tum sensus erit, vt exterminent, hoc est, vt de possessione fidei Christiana decedant. Quæ etiam rectè adnotat: decurri verbum esse Tertullianum. Nam iterum cap. sequi dicit: in quo ambitio decurrit.

CAP. VIII.

49. Ad hoc queramus an iure, quasi reuera, &c.] Caput hoc inscribimus: Quod etiam de iure eiuſcemodi matrimonia rata non sint. ac si dicat: Si sententias diuinas despiciamus, queramus an vel de iure liceant eiuſcemodi matrimonia.

50. Despectatores.] Hoc est (inquit Rhen.) contemptores. Sic enim vsurpat: despectare, vt paulo post: omnium hominum exiftimatione despectandum.

TULLIANUS
notati omnibus
MELLI,
V.
36.

51. Nōne quique domini, &c.] Quum hoc peculiariter iure interdictum non reperiatur, videtur pertinere ad SC. Claudianum, de quo mox.

52. Seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo, &c.] Planè sic castigandus hic locus, pro vindicandos, qui, ex coniectura & Francisci Balduini, suis ad me missis litteris, & Latinij, eo quod Senatusconsultum Claudianum, ad quod alludit, sciamus id non nisi de mulieribus censuisse. Coniungitur eadem castigatio necessariò etiam ex verbis sequentibus: vt Gentiles quidem extraneis iunctæ, libertatem suam amittant. Antiquatum fuit SC. illud à Iustiniano Imperatore Cod. lib. 7. tit. De Senatusconsulto Claudiano tollendo, cap. 24. & Institut. De success. libert. sublat. quæ fuit per SC. Claudian. §. fin. Vbi interim indicat, non modò dominorum denunciationem, sed & iudicium sententias prærequisitas fuisse, antequam seruituti vindicarentur. Vlpianus tamen consentiens Tertulliano, solum denunciationis dominorum meminit, Fragm. tit. 11. Sic enim habet: Maxima (inquit) capitis diminutio est, per quam & vultus & libertas amittitur, veluti quum mulier alieno seruo se iunxerit denuntiant domino, & ancilla facta fuerit ex Senatusconsulto Claudiano. Disputatur autem inter doctores, à quo SC. Claudianum dictum, an à Claudio Imperatore, an verò à Pallante Claudij liberti, nomine patroni, Claudio appellato, quem eius relationis Auctorem fuisse Tacitus scribit lib. 12. Vixit, videtur primò in vtu fuisse tempore Vespasiani, de quo sic scribit Suetonius cap. 11. Libido atque luxuria nullo coercente immaluerat. Auctor itaque Senatus fuit, vt quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur. sed de his satis, quæ accepta me debere fateor eruditiss. I. C. D. Hadriano Puefio, primo apud Duacenses Iuris Civilis Antecessori.

53. Scilicet negabunt sibi à Domino per Apostolum eiusdem denuntiatum.] Ironiam esse, rectè adnotauit Rhenanus. Nam haud dubiè adludit ad illud supracitatum ex B. Hieronym. 2. Corint. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitia cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial (quò pertinet illud quod paulò ante dixit: nostræ verò diaboli seruos sibi coniungant) aut quæ pars fideli cum infideli?

54. Nam quanto diues est aliqua commatrona.] Sic iterum lego ex 1. edit. cum 3. MS. Vatic. cod. pro eo quod substituerat Rhenan. & matrona, vt sit vox Terrullian. peculiaris, forsassis eodem significatu, quo à Plauto in Casina vocatur, Commaritus, qui vicem mariti supplet. loquitur enim de ea quæ nondum matrona erat, ad est, nondum matrimonio data, sed quæ se pro matrona gerebat.

55. Difficile in domo Dei diues; ac, si quis est, difficile cælebs.] Adludit ad c. 19. Matthæi, vbi non modò dicitur: Diues difficile intrabit in regnum cælorum; sed præterea etiam de cælibatu: Non omnes capiunt verbum hoc.

56. bonum exhibendæ sellæ.] Id est (inquit Rhenan.) idoneum ad exhibendam sellam, in qua vel à banulis gestetur, vel iumentis ducentibus vehatur. Vlpianus De legatis tertio: Lecticarij qui solum matremfamilias portabant, cõmentur legato rerum uxoris causa paratarum; item iumenta, vel lectica, vel sella, vel bardones. Plura autem vide supra de sellis, vel lecticis; lib. præced. cap. 4. ad illud: nec Germanicos ba-

iuolos, num. 29.

57. & mulabus.] Repete (inquit idem) bonum, id est, aptum & sufficientem exhibendis mulabus. Vtebantur autem ad vehicula mulabus præsi. Seneca epistol. 88. Vehiculum in quo positus sum, rusticum est, mulæ se viuere ambulando testantur. Eadem epistol. prælopost, de sumptuoso homine loquens: Quid (inquit) ad rem pertinent mulæ saginata, vniuersos calentes quid ista vehicula celata? Lampridius in Commodo Antonino: Dedit & vehicula, cum mulabus, & mulionibus, & iuncturis argenteis, vt ita à cœnatio redirent. Atqui hinc confirmatur mea lectica, quam amplexus sum loco libri præcedentis citato, vt legam: Gallicos mulos, pro eo quod alij: Gallicos iunctus.

58. & cineratiis.] Acron (inquit Rhenan.) Grammaticus exponens illud Horatianum primo Sermonum, tyra secunda:

- Mulæ tibi tum officient res,

Custodes, lectica, cinifiones, parasitæ; Cinifiones (inquit) & cinerarij eadem significationem apud Veteres habebantur, ab officio Calanistrorum, id est, veruum in cinere calefaciendorum, quibus matrone capillos crispabant. Cuius rei & Virgilius meminit decessoribus cratis calido ferro. Dicit autem Cinifiones, ab eo quod in cinerem sunt ad ferrum calefaciendum, quos Cinerarios appellant. Hæc ille. Ceterum quia hic additur reginæ proceritatis, intelligo quos supra dixit habere Germanos. Eorum enim Gentile fuit capillum aut cirros torquere. Hinc lib. de Felice, virg. infra cap. 20. aut cirros Germanorum.

CAP. IX.

59. Dubitandum & inquirendum, &c.] In primò hoc caput hoc titulo insigniuimus: De matrimonio Christiano. Atqui: inuestis, vox Tertullian. præcitata, & lib. de Pallio, & alibi frequenter. Translatam (inquit Rhenan.) sumpta ab impubere, qui propria matris dicitur.

60. quod Ecclesia conciliat, &c.] Acron inquit contra matrimonia clandestina; unde iuxta quod Rhenanus dicens verba hæc auctoris litteris scribens, & interpretans illud: quod pater ratò habet, de matrimonio legitè rectè Concilio Tridentino damnata sunt. 24. form. matrim. cap. primo, his verbis: Qui aliter, quam præsentè Parocho, vel alio sacerdote; de ipsius Parocho Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere aduertunt: eos sancta Synodus sic contrahendum omninò inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, præterea ipsi sententi Decreto irritos facit & annullat. Atque etiam Tertullianicum esse: ratò habere, adnotauit Rhenan.

61. & confirmat oblatio.] Præterquam quod ad sacrificij Christiani probationem pertinet, etiam manifestè est antiqua Christianorum consuetudo, quæ sacrificio confirmabantur nuptiæ. Hinc etià Eusebium in epistol. ad Episc. Africæ, ad quam mihi videtur alludere (quod adeo facit ad eius epistolam auctoritatem) legitimum non sit coniugium, nisi ab ipso per ipsam seminam dominationem habere videatur, & à quibus custoditur, vxoꝝ petatur, & à parentibus, & propinquioribus præsetur, & legibus daretur, & in tempore sacerdotialiter, vt mos est, cum precibus oblationibus à sacerdote benedicatur, &c. 2. ipsum transscripsit in suum Decretum Gratiani 2. 2. 5. cap. Alter. Vbi etiam de benedictione facit

citatur Concil. Carthag. 4. cap. Sponsus. Quin quod Traditiois eam esse Apostolica significet his verbis consequentibus Euaristum: Aliter enim, ut à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus, non fit matrimonium.

62. Nam nec in terris, filij sine cōsensu patrum ritè & iure nubent.] Leges huc pertinentes reperire est Digest. lib. 23. tit. 2. De ritu nuptiarum, cap. Nuptie, Si nepos, si ita pater, Oratione, Nuptie & filius familiās. Quorum saltem 11. & 18. Iuliani, & Papiniani 35. sunt Tertulliano antiquiores, & l. Oratione, Diui Marci meminit, qui etiam Auctorem præcessit. Quin quod antiquiorem fuisse hanc legem Severo & Antonino Imperatoribus, sub quibus vixit Tertullianus, patet ex l. libidem, Qui liberos. Cod. l. 5. tit. 4. De nuptiis. l. 1. Quippe qui leges priores interpretando decreuerunt requirendum arbitrium Præsidis pronuncia, si liberos in potestate habentes, iniuria

prohibuerint uxorem ducere, aut nubere, vel dotem dare noluerint, aut denique inter tutorem, matrem, & propinquos, de eligendo matrimonio non conuenit. Quos interim omnes intelligi de filius familiās nondum emancipatis conuincitur l. Eilius emancipatus. d. Digestorum titulo.

63. In Ecclesia Dei pariter.] Hoc pertinet ad cōfirmationem eius, quod etiam tum Christiani Ecclesias habuerint, de quo supra lib. de Idolol. cap. 7. num. 29.

64. Sacrificia sine scrupulo] Hoc similiter ad cōfirmandum Christianum sacrificium, de quo supra lib. de Orat. n. 1. & de Cultu fæmin. cap. 11. num. 65.

65. Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda.] Quum videlicet (inquit Rhenan.) indulgenter loquens mulier (inquit) defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Ceterum vel ex hoc etiam loco patet Librum huc scriptum ante errorem Montanistarum de Monogamia.

ARGVMENTVM LIBRI DE CORONA MILITIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

VVM (Romæ quantum ex libri calce apparet) facta esset liberalitas, Donatiui dispensatione Militibus facta, præstantiss. Imp. Cæsarum L. Septimij Severi patris, & M. Aurelij Antonini Caracallæ filij, fortassis ob sollempnia Cæsarum votis decemalibus; Miles Christianus Tribunum accedens, qui Donatium singulis ex ordine erogabat, Lauream castrensem manu gestabat, quam ceteri in capite. Causam expostulatus, quum Christianum se respondisset, non licere sibi coronatum incedere; rufatus suo sanguine in carcerem rapitur. De quo quum varia essent sententia, quasi qui solus videretur inter tot fratres commilitones Christianus, Tertullianus coronari capite Christianos prohibitum; hoc libro latissimè deducit.

Atque imprimis obseruationem eam esse satis auctoratam consensus patrocini, in quam committere delictum sit, quum laudetur fides, quæ antè credit obseruandum esse quàm didicit.

Traditiones enim etiam non scriptas debere recipi, exemplo esse obseruationes sine vllius scripturae instrumento, in Baptismate; Eucharistia Sacramèto; Oblationibus pro defunctis, pro natalitijs; de non ieiunando die Dominico, de Crucis signaculo in fronte.

Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum traditio (inquit) auctrix, consuetudo confirmatrix, fides obseruatix, quibus & ratio patrociniatur. Atque adeo his exemplis renunciari, posse etiam non scriptam traditionem defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste ex perseverantia obseruationis; quæ etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur.

Deinde hanc Christianam obseruationem etiam naturâ defendi. Naturalem autem legem, Dei esse in naturalibus tabulis scriptam.

Et verò ex origine ipsa, Coronarum usum interdictum, quum Claudius Saturninus libro de Coronis, ab eis significet ortas, quos seculum Deos credidit.

Neque obstare quòd multa alia ab eis prolata, in nostris tamen vsibus, & in Dei rebus deprehendantur; quia meras illa utilitates necessarijs necessitatibus vitæ humanae procurerit, at quæ hunc ordinem exceperint, non conuenire vsibus nostris.

Quis denique (inquit) Patriarches, Prophetes, Leuites, Sacerdos, ἀρχων seu Iudex, vel postea Apostolus, Euāgelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? neque ipsum Dei templum, nec arca, nec tabernaculum, nec altare, nec candelabrum. Quæ omnia portende-

Ff iij

ULLIANUS
notati onibus
MELI,
V.
16.